De summo bono Libri tres Sancti Isidori hyspalensis Episcopi.



Tabula Isidori.

Incipiunt Rubrice librorum De summo bono Beati Isidori hyspalensis episcopi.

Rubrice primi libri.

Q deus summus et incõmutabilis sit. Fo.i.
Q immensus et omnipotens sit deus. Fo.i.
Q inuisibilis sit deus. Fo.ij.
Q ex creature pulchritudine agnoscatur deus. Fo.ij.
Q ex vsu nostro quedã spẽs ad deũ referantur. Fo.ij.
Q ex rerum inferiorũ similitudine et humanis motibus figuratur deus. Fo.ij.
Quõ non ꝑm essentiam. sed ꝑm similitudinem spẽs dicuntur ad deũ neqꝫ pro substantie ꝓprietate sed pro efficiencijs causarum rerum species in ipso destribuuntur. Fo.iij.
Q deo nulla temporum successio asscribatur. Fo.iij.
De temporibus. fo.iij.
De mundo. fo.iiij.
Unde malũ sit inuentum. fo.v.
De angelis. fo.vi.
De homine. fo.viij.
De anima ceterisqꝫ sensibus. fo.ix.
De sensibus carnis. fo.ix.
De xpo filio dei. fo.x.
De spiritu sancto. fo.xi.
De lege. fo.xij.
De ecclesia et heresibus. fo.xiij.
De hereticis. fo.xiiij.
De gentilibus philosophis. fo.xiiij.
De differentia testamentorum. fo.xiiij.
De symbolo et oratione. fo.xv.
De baptismo et cõmunione. fo.xv.
De septem regulis. fo.xv.
De martirio. fo.xvi.
De sanctorum miraculis. fo.xvij.

De antcristo et eius signis. fo.xvij.
De resurrectione. fo.xvij.
De iudicio. fo.xviij.
De gebenna. fo.xix.
De penis impiorum. fo.xix.
De gloria sanctorum. fo.xix.

Rubrice Secundi libri.

De sapientia. fo.xx.
De fide. fo.xx.
De caritate. fo.xxi.
De spe. fo.xxi.
De gratia. fo.xxi.
De predestinatione. fo.xxij.
De cõuersis. fo.xxij.
De primordijs cõuersorum. fo.xxiij.
De cõflictu cõuersorum. fo.xxiiij.
De remissa cõuersione. fo.xxiiij.
De exemplis sanctorum. fo.xxv.
De cõpunctione cordis. fo.xxv.
De cõfessione peccatoꝝ et penitentia. fo.xxvi.
De desperatione peccantium. fo.xxvij.
De his qui a deo deseruntur. fo.xxviij.
De his qui ad delictũ post lacrimas reuertunt. fo.xxviij.
De peccato. fo.xxviij.
De leuioribus peccatis. fo.xxix.
De grauioribus peccatis. fo.xxix.
De manifestis occultisq3 peccatis. fo.xxix.
De peccati amore. fo.xxx.
De peccandi necessitate. fo.xxx.
De peccandi cõsuetudine. fo.xxx.
De peccati recordatione. fo.xxxi.
De cogitatione. fo.xxxi.
De cõscientia. fo.xxxij.
De intentione mentis. fo.xxxij.

Tabula Isidori.

De sensibus carnis fo.xxxij.
De sermone fo.xxxij
De mendatio. fo.xxxiij
De iuramento. fo.xxxiiij
De vicijs. fo.xxxiiij
Q ex vicijs vicia. et ex virtutibus oriuntur. fo.xxxv
De male vsis virtutibus. fo.xxxv
De simulatis virtutibus. fo.xxxv
De appetitu virtutum. fo.xxxvi
De pugna virtutum aduersus vicia. fo.xxxvi
De superbia. fo.xxxvij
De fornicatione. fo.xxxvij
De cõtinentia. fo.xxxix.
De cupiditate. fo.xxxix
De gula. fo.xl.
De ebrietate. fo.xli.
De abstinentia. fo.xli.

Rubrice Tercij libri.

De flagellis. fo.xliij
De gemina percussione dei. fo.xliij.
De infirmitate carnis. fo.xliiij
De tollerantia diuine correptionis. fo.xliiij
De tentationibus dyaboli. fo.xlv
De tentamentis somniorum. fo.xlvij
De oratione. fo.xlviij
De lectione. fo.l
De assiduitate legendi. fo.li
De doctrina sine gratia. fo.li
De supbis lectoribus. fo.lij
De carnalibus lectoribus et hereticis. fo.lij
De libris gentilium. fo.lij
De collatione. fo.liij
De cõtemplatione et actione. fo.liij
De cõtemptoribus mundi. fo.liiij

De summo bono

De sanctis qui se a cõsortio seculi separant fo.lv
De preceptis altioribus monachorum fo.lv
De tempore monachorum fo.lv
De humilitate monachi vel opere fo.lv
De monachis qui curis seculi occupantur fo.lvi
De his qui a deo mundi amore prepediuntur fo.lvi
De iactantia. fo.lvij
De hypocrisi. fo.lviij
De inuidia. fo.lviij
De simulatione fo.viij
De odio. fo.lix
De dilectione fo.lix
De fictis amicis fo.lix
De amicicia munere orta fo.lix
De cõcordia malorum fo.lx
De correptione fraterna. fo.lx
De prepositis ecclesie. fo.lx
De indignis prepositis fo.lxi
De indoctis prepositis fo.lxi
De doctrina et exemplis prepositorum fo.lxi
De his qui bene docent et male viuunt fo.lxij
De exemplis prauorum sacerdotum fo.lxij
De prepositis carnalibus fo.lxij
De iracundis doctoribus fo.lxiij
De superbis doctoribus fo.lxiij
De humilitate prepositorum fo.lxiij
De doctrine discretione fo.lxiij
De silentio doctorum fo.lxiiij
De prebenda sacerdotali protectione in plebe fo.lxiiij
De disciplina sacerdotis in his q̃ delinquunt fo.lxv
De subditis. fo.lxvi
De prelatis. fo.lxvi
De iusticia principum fo.lxvij
De pacientia principum fo.lxvij
De delictis principum siue exemplis fo.lxvij
Q' principes legibus teneantur. fo.lxvij.

Tabula Isidori.

De potestate principum in ecclesia. fo.lxvij.
de iudicibus. fo.lxvij.
de prauis iudicibus. fo.lxix.
de verbosis et elatis iudicibus. fo.lxix.
De iudicibus qui acceptione psonarum et causa amicorum
subuertunt iudicium. fo.lxix.
Quibus rebus subuertitur iudicium. fo.lxix.
de falso teste. fo.lxx.
de causidicis. fo.lxx.
de oppressoribus pauperum. fo.lxx.
de tribulatione iustorum. fo.lxxi.
de amatoribus mundi. fo.lxxij.
de diuicijs et elemosina. fo.lxxij.
Q tm in vita est licitum opari bonum. fo.lxxiij.
De metu mortis. fo.lxxiiij.

Deo gratias.

In cristi Jhesu nomine Incipit Liber primus Sancti Isidori hyspalensis episcopi. De summo bono.

Quod deus summus et incõmutabilis sit. ¶ Capitulum primum.

Summum bonum deus est qr incõmutabilis est. et corrumpi omnino non p̃t. Creatura vero bonũ sed non summũ est. quia mutabilis. Et dum sit quidem bonũ: nõ tñ esse potest summũ. Quid est dei immortalitas nisi eius incõmutabilitas? Nam et angeli et anime immortales st̃. sed immutabiles nõ sunt. Ideo solus deus dicit̃ immortalis. qr solus incõmutabilis est. Nam anima moritur dum deserente deo de bono in malũ mutatur. Sic et angelus est mutatus dum deserente deo est lapsus. Quod materiã habet vnde existat mutabile est: quia de informi ad formã transit. Quod vero nõ habet materiã immutabile est. sicut deus vtiq; est. Bñ ac substantialiter sunt ista in deo. id est incorruptio. immortalitas. incõmutabilitas. inde et merito cuncte preponitur creature. Opus non cõsilium apud deũ credimus mutari. nec variari eum qr p varia tp̃a diuersa precipit. sz manens idem incõmutabilis et eternus: quid cuiq; cõgruum esset tp̃i ab ipsa eternitate in eius mansit dispositione cõsilij. Nõ vsu nostro aliud deũ putari. aliud pulchritudinẽ eius atq; aliud magnitudinẽ ipsius sicut aliud est hõ aliud pulchritudo eius qr desistente pulchritudine hõ manet. Ac p hoc qui ita intelligit deum. corporeum esse credit. dum pulchritudo et magnitudo dei ipse deus sit. Ideo deus dicit̃ simplex. siue nõ amittendo quod habet. seu quia non aliud est ipse et aliud quod in ipso est. Inordinate dici seu cõferri vicijs ea que ordinate in deo sunt. vtpote simplicitas que aliquãdo dicitur pro stulticia et non est in deo. apud deum vero summa simplicitas est. Iuxta hanc regulam et cetera existimanda sunt.

Quod immensus et omnipotens sit deus. ¶ Capitulum ij.

On ideo celũ et terram implet deus vt cõtineant eũ. s3 vt ipsa pocius cõtineantur ab eo. Nec pticulatim deus implet oĩa sed cũ sit idem vnus. vbiq3 tamẽ est totus. Nec ita putandus est esse in oĩbus deus: vt vnaqueq3 res pro magnitudine portionis sue capiat eum. id est maxima maius. et minima minus: dum sit pocius etiã ipse totus in oĩbus. siue oĩa in ipso. Omnipotentia diuine maiestatis. cuncta potestatis sue immensitate cõcludit: nec euadendi potentias eius quis aditũ inuenire poterit: quia ille oĩa circũquaq3 constringit. Cuncta eñ intra diuini iudicij omnipotentiã coartantur. siue que cõtinenda st3 vt salua sint. siue que amputanda st3 vt pereant. Nullatenus ergo dicimus posse effugere deũ quẽpiam. Qui eñ cum nõ habet placatũ. nequaquã euadet iratũ. Immensitas diuine magnitudinis ista est vt intelligamus eũ intra oĩa. sed non inclusum extra oĩa sed nõ exclusum. et ideo interiorẽ vt oĩa contineat. ideo exteriorẽ. vt circũscripte magnitudinis sue immensitate oĩa cõcludat. Per id ergo qđ exterior est ostendit̃ esse creator. p id vero qđ interior gubernare oĩa demonstratur. ac ne ea que creata st3 sine deo essent. deus intra oĩa est. Uerũ ne extra deũ essent. deus exterior est. vt oĩa cõcludant̃ ab eo. De cõsumatione alicuius facti dicit̃ pfectio. deus aũt qui non est factus. qũo est pfectus? Sed hũc sermonẽ de vsu nostro sumit humana inopia: sicut et reliqua ṽba. quatenus id qđ ineffabile ẽ vtcũq3 dici possit qm̃ de deo nihil digne humanus s̃mo dicit. Dũ localis nõ sit deus. localiter tñ in suis ambulat sanctis. dum de loco in locũ predicat̃ ab eis. Nã deus q̃ nec loco mouet̃ nec tpe. in seruis tñ suis et tpe et loco mouetur. quociẽs ab eisdem localiter predicat̃. Dum de deo nec s̃m quãtitatẽ. nec s̃m qualitatem nec s̃m sitũ. nec s̃m habitũ aut motũ aliq̃d digne dicat̃: Inest tñ ei quodãmodo latitudo caritatis qua nos et ab errore colligit et continet in veritate. Inest ei longitudo qua nos longanimiter malos portat. donec emendatos patrie future restituat. Inest et ei altitudo. per quam oẽm sensum sue

scie immensitate exuperat. Inest ei et profundum. quo dam nandos inferius disponens preordinat.

Quod inuisibilis sit deus.

¶ Capitulum iij.

Um de deo loquēs scriptura plerūq; dicit: Ecce deus non quasi visibilem ostendit. sed vbiq; esse pñtem significat. Per id q dicit. ecce dñs. Uel q magnitudinē diuinitatis eius nullus possit sensus attingere. etiā nec angelicus q̄uis vsq; ad parilitatē angelicā humana post resurrectionē natura pficiat. et ad cōtemplandum deū indefessa cōsurgat. videre tñ eius essentiā plene non valet quā nec ipsa pfectio angelica in totum attingit scire. ꝑm apostolū qui ait. Pax dei q̄ exuperat oēm sensum. vt subaudias etiā angeloꝝ. Sola eñ trinitas sibi integre nota est. et humanitas a xp̄o suscepta que tercia est in trinitate psona. Intelligibiliter quodam miro modo dei essentia scire potest. dum esse creditur. Opus vero eius qđ vtiq; ei equari non potest atq; iudicia a nullo penitus sciuntur. Dei secreta iudicia eius nō posse sensu penetrari. vel angelico vel humano. Et ideo q2 occulta sz iusta st3. tantūdem venerari ea opus est: et temere nō discutere aut inquirere q̇s audiat. ꝑm audiat. ꝑm apostolū qui ait. Quis eñ cognouit sensum dñi: aut q̇s cōsiliarius eius fuit.

Quod ex creature pulchritudine agnoscatur deus.

¶ Capitulum iiij.

Ex pe ad incorpoream creatoris magnitudiuē creaturarū corporea magnitudo cōparatur vt magna cōsiderentur ex puis: et ex visibilibus inuisibilia estimentur. atq; ex pulcritudine factoꝝ effector operū agnoscat. Nō tamen parilitate cōsimili. sz ex quadam subdita et creata specie boni. Sicut opus vel ars in artificem retorquet laudem. ita reꝝ creator p creaturam suā laudatur. Et quāto sit excellentior. ex ipsa operis cōditione monstratur. Ex pulcritudine circūscripte creature pulcritudinem suā que circūscribi nequit facit deus intelligi. vt ipsis vestigijs reuertatur hō ad deum. quibus aduersus est. Ut quia p amorem pulcritudinis

creature a creature forma se abstulit. rursum p creature deco
rem ad creatoris pulcritudinis creature a creatoris forma se
abstulit. rursum p creature decorē ad creatoris pulcritudinē
revertat. Quibusdam gradibus intelligentie p creaturā pro
greditur hō ad intelligendum deū creatorē. id est ab insensibi
libus surgens ad sensibilia. a sensibilibus surgēs ad rationa
bilia. a rationablibus surgens ad creatorē. Intelligibilia p se
collaudāt deum. irrationabilia et in sensibilia nō p se sed per
nos dum ea cōsiderantes deū laudamus. Sed ideo dicunt
laudare ipsa. qr eandem laudē eaꝝ pturit causa. Dixerūt anti
qui q nihil tam ebescit quod nō sensum habeat in deū. Hinc
est illud q ex silice duro scintilla excutit. Et si ignis in saxo.
vtiqz ibi sensus sentitur vbi se vita non sentit.

Quod ex nostro vsu quedaz species ad deum referantur. ¶ Capitulum v.

Nostro vsu deus zelare dicit vel dolere. Horum em̄
motuū apud deū pturbatio nulla est. apud quē tran
quillitas summa est. Nō ita est precipitanda mentis
sententia vt credamus posse deo furoris vel mutationis acce
dere pturbationē. sed ipsam equitatē iusticie qua reos punit
iracundiā sacra lectio nominauit. qm̄ qd iudicantis equū est
furor est et indignatio pacietis. Ita ergo intelligere opus est
et alias passiones quas de affectione humana ducit scriptu
ra ad deū. vt et iuxta se in cōmutabilis sit credendus. et tū p
causaꝝ effectibus vt facilius intelligatur. nostre locutionis et
mutabilitatis genere appelletur. Tam clementer deus huma
ne infirmitati cōsulit. vt qr eum sicut est nō possumus agnos
cere: nostre locutionis more se ipsum nobis insinuet. Vñ et
membroꝝ nostroꝝ qualitatem habere describitur et passio
num indigna dici de se voluit. quatenus ad sua p nostra nos
traheret. et dum cōdescendit nobis cōsurgeremus ei.

¶ Quod ex rerum inferiorum similitudine et humanis moti bus figuratur deus. ¶ Capitulum vi.

Multis modis deus ad significandū se hoibus. de in
ferioribus rebus species ad se trahit. vt quia omnia
videt dicatur oculus. et pter q audit omnia dicatur

guris pro eo aũt q̄ auertitur ambulat. pro eo q̄ expectat stat. Sic et in ceteris horũ similibus ab humanis motibus trahitur similitudo ad deũ. sicut est obliuiscens et memorans. Hinc est quod pͣpheta dicit: Jurauit dñs exercituũ ꝑ animã suã. non q̄ deus animã habeat. sed hoc nostro narrat affectu. Et alibi simili figura. et vermis et scarabeus intelligit̃. Nec mirũ si vilibus significationibus figuretur. qui vsq̄ ad nostrarum passionum seu carnis cõtumelias descendisse cognoscit̃. Nam et xp̄us agnus non pro natura. sed pro innocentia. et leo pro fortitudine non ꝑ natura. et serpens pro morte et sapientia non pro natura scribit̃. Nam et in pͣpheta plaustri portantis fenum species ducitur ad deum. Et hec oĩa ideo per figuram xp̄us. quia nihil est eoꝝ ad pͣprietatem substantie eius. quem reuera iuxta pͣpriam substantiam inuisibilem esse et incorporeum constat.

Quod non scd̃m essentiam

sed ẜm similitudinem species dicuntur ad deum. neq̄ pro substantie pͣprietate sꝫ pro efficientijs causarum rerum species in ipso describuntur. ¶ Capitulum vij.

Rerumq̄ de corporibus ad deũ sumuntur qualitatum species. que tamen in deo non sũt. quia in pͣpria natura incorporeus est et incircũscriptus. Sed pro efficientijs causaꝝ rerum in ipso spẽs scribuntur. dum nõ ẜm essentiam sed ẜm similitudinẽ species dicuntur ad deũ. neq̄ pro substantie pͣpritate sed pro efficientijs causaꝝ. Vñ et creditur deum nunq̄ visibiliter hominibus apparuisse. nisi per assumptam creaturaꝝ speciem. Falluntur quidam stultorum dum legunt ad imaginem dei factum esse hoĩem. arbitrantes deũ esse corporeum. dum non caro id est corpus. sed anima id est spiritus dei imaginem habeat. Non ergo esse corporis formã in deo credamus. qui hoĩem ad imaginem suã fecit. qꝛ mentem non carnem ad similitudinem suã creauit. Cogita igit̃ quale corpus habeat veritas. et dum nõ inueneris. hoc est d̃s. Facies dei in scripturis sanctis nõ caro sꝫ diuina cognitio intelligit̃. ea rõne qua ꝑ faciẽ cõspectã quisq̄ cognoscit̃. Hoc eñ in oratione dicit̃ deo: Ostende nobis faciem tuã. ac

si dicat᷑. da nobis cognitionem tuã. Os dei vnigenitus eius est. Nam sicut pro ṽbis que p̱ linguã fiunt sepe dicimus. illa et illa lingua. ita et pro ṽbo os dei ponitur. qꝛ mos est vt verba ore forment᷑. Et si volueris genere locutionis illo demonstrare quo is qui efficit p̱ id qđ efficitur nominatur. bene os pro ṽbo ponis sicut linguã pro ṽbis. sicut manus ꝓ litteris. Vestigia dei sṫ quibus nunc deus p̱ speculũ agnoscit᷑. Ad p̱fectum vero omnipotens reperitur. dum in futuro facie ad faciẽ quibusqꜫ electis presentabit᷑. vt ipsam spẽm cõtemplentur. cuius nunc vestigia cõprehendere conantur. et hoc est ꝙ per speculum videri deus dicitur sic et cetera.

Quod deo nulla temporum successio asscribatur. Capitulũ viij.

Omnia tp̱a precedit diuina eternitas. nec in deo preteritũ pñs futurũue aliqđ creditur. sed oia presentia in eo dicuntur. qꝛ eternitate sua cuncta cõplectitur. Alioquin mutabilis ẽ deus credendus. si ei successiones temporũ asscribunt᷑. Si sp̱ aliquo cũ deo essent tp̱a. nõ esset tempus: sꝫ esset eternitas. nec mutarent᷑ tp̱a sꝫ starẽt. Pñs preteritũ et futurũ. nostrũ est habere. nõ dei. Verbi cã dicimus ꝓ presenti teneo codicem. pro preterito tenui. ꝓ futuro tenebo. Uniuersitatẽ ṽo deus tenet. et ꝓ tenuit ⁊ tenebit. tenet dicit᷑. Sed nec ipsoꝝ angeloꝝ discessio accessione est temporum. Nam duas esse in creaturis res quibus vicissitudo temporꝝ nõ valet. angeli scꝫ ꝓpter qđ in cõmutabili inherent creatori. siue materie illi informi prius q̃ꝫ ex ea oia ista que tp̱aliter iã voluuntur formarent᷑ nec ipsi vtiqꜫ valebat tẽpus. Tempus igit᷑ nõ ad eas creaturas q̃ supra celos sṫ sed ad eas que sub celo sṫ p̱tinere. Non em̃ angelis accedũt tp̱a vel succedũt. sꝫ cognoscit᷑ nobis qui sub celo ṽsamur in hoc infimo mundo.

De temporibus. Capi ix.

Nulla ante principium mundi fuisse tp̱a manifestum est. quia dum sit ip̄m tempus creatura. in principio cũ mundo factum esse credendũ est. Ideo ergo princi

pium dicit quod ex ipso cepit rerum vniuersarum exordium. nullum spaciũ corporaliter hñt tpa. quia ante abscedunt pene quam veniant. Ideoque in rebus nullus status est tpm. quia celeri creature motu mutant. nec centum anni vnũ tempus ẽ. nec vnus annus vnũ tempus ẽ. nec vnus mensis vnũ tempus ẽ. nec dies. nec hora. quia dum hec oia periculis accedũt suis et decedunt: quõ vnũ dõm est quod nõ simul est. Utrũ sit preteritũ futurũue tps sicut pñs querendũ ẽ. et si ẽ. scire oportet qualiter aut vbi ẽ. sed aduerte quod cuncta et futura et pterita et pñtia in aĩo pocius sunt requirẽda. Tria ista pterita pñtia et futura in aĩo tm̃ inueniri possunt. pterita reminiscendo. pñtia cõtuendo. futura expectãdo Speramus igit aduenientia. intuemur psentia. recolimus transeuntia. Hec non ita in deo sunt. cui simul oĩa ad sunt.

De mundo. Capitulũ x.

Mundus ex rebus visibilibus. sed tamen inuestigabilibus cõstat. Homo aũt ex rerum vniuersitate cõpositus. alter in breui quodãmodo creatus est mundus. Nõ mundi de vno cõsideranda est hoie. Nam sicut pdimensiones etatum ad finẽ homo vergit. ita et mundus per hoc quod distendit tpe deficit. quia vnde hõ atque mundus crescere videt. inde vterque minuitur. Frustra dicit per tanta retro tpa deo vacanti nouã pro mũdo faciẽdo ortam fuisse cogitationẽ. quõ in suo eterno maneret cõsilio huius mũdi cõstructio nec tẽpus ante principiũ sed eternitas fuit. Tempus vero a substitutione creature. nõ creatura cepit a tpe. Quidã aiunt. quid faciebat deus anteque celũ faceret. Cur noua voluntas in deo vt mundum cõderet orta est. Sed noua voluntas in deo ex orta nõ est. quia et si in re mũdus nõ erat. in eterna tñ rõne et cõsilio sp erat. Dicũt quidam quid subito voluit deus facere mundũ quẽ ante nõ fecit: voluntatẽ dei immutari arbitrãtes qui aliquñ voluit quod aliqñ non voluit. Quibus respondendũ est. Uoluntas dei deus est. quia nõ ipse aliud est. aliud voluntas eius. sed hoc est illi velle quod ipse est. Et quod ipse est. vtique eternus est. incõmutabile est. hoc est ergo voluntas eius. Materies ex qua formatus est mundus. origine nõ tpe. res a se factas pre

cessit. vt sonus cantum. prior em̄ est sonus cantu. q2 suauitas cantilene ad sonū vocis. non sonus ptinet ad suauitatē ac p hoc vtrumqꝫ simul sīt. sed ille ad quē ptinet cantus prior est. id est sonus. Materia ex qua celū terraqꝫ formata est. ideo informis vocata est. q2 nondum ex ea formata erant que formari restabāt. Uerū ipsa materia ex nihilo facta erat. Aliud est aliq̄d fieri posse. aliud fieri necesse esse. Fieri necesse. est qđ deus naturis inseruit. Fieri aūt posse. est qđ extra cursum in ditum naturaꝝ creator vt faceret qñ voluit sibi reseruauit. Nō ex hoc substantiam habere credende sīt tenebre. q2 dicit dñs p Prophetam. Ego dñs formans lucē et creans tenebras. sed quia angelica natura que non est preuaricata. lux dicit illa aūt que preuaricata est. tenebraꝝ noīe nuncupatur. Uñ et in principio lux a tenebris diuiditur. Sed q2 et hos et illos deus creauit. ideo dicitur: Formās lucem et creans tenebras. Uerūtamen bonos angelos non tm̄ creans sꝫ etiā formans. malos vero creans tm̄ nō formans. Hoc et de hominibus bonis malisqꝫ accipiendū est. Post adnumeratam celi terreqꝫ creaturā ideo nominatur in genesi spiritus sanctus. vt quia supferri eum dici oportebat ante illa nominarentur. quoꝝ creator spiritus sanctus supferri diceretur. quod et Apostolus indicat: dum supereminentem viam caritatis demonstrat. Ideo supferri aquis sanctus dicitur spiritus. q2 domum est dei. in quo subsistentes requiescimus. atqꝫ protegendo nos supfertur nobis. Una queqꝫ natura suo pondere nititur. Ignis autem et oleum merito superiora semper appetunt. quia per ipsorum figuram superferri vniuerse creature spiritus sanctus probatur. Dies prior factus. angeli sīt: quorum ꝓpter vnitatem insinuandam non dies primus sed dies dictus est vnus. Et idcirco ipse repetitur semp in execu tione creature. Quia dies hoc est natura angelorum quādo creaturā ipsam cōtemplabatur quodāmodo vesperascebat. non autem permanendo in eius creature contuitu. sed laudem eius ad deum referēs. eamqꝫ melius in diuina ratione cōspiciens cōtinuo mane fiebat. Si vero pmaneret neglecto creatore in creature aspectu. iam non vespera sꝫ nox vtiqꝫ

fieret. Dũ se creatura melius in deo q̃ꝫ in se ipsa nouerit ipsa sui cognitio que maior in deo est dies et lux dicit̃. Cognitio ꝓo sua in seipsa ad cõpensationẽ cognitionis illius que est in deo quia longe inferior est vespera nominatur. Ideoq̃ꝫ post vesperam mane fiebat. Quia dum suã in se cognitionem si bi satisfacere non agnosceret. vt se plenius nosse potuisset ad deũ sese referebat creatura. in quo se diem agnoscẽdo melius fieret. Non sic queadmodum nos transitorie dicimus fiat aliquid. sic deus dixit: Fiat celũ in principio. Illud enĩ sem piterne in verbo vnico dictum est. Si transitorie dictum est a deo fiat. erat vtiq̃ꝫ creatura aliqua. vñ iam talis fieret vox. Sed quia anteq̃ꝫ diceret fiat. nulla extitit creatura. id ipsum fiat qđ dictum est in eternitate verbi nõ in vocis sono enun ciatum est. Non sepcies a deo visa sepciesq̃ꝫ laudata est crea tura que anteq̃ꝫ fieret ꝑfecte ab illo est visa: sed dum nos sin gula videntes laudamus. tanq̃ꝫ ipse videat laudetq̃ꝫ per nos. sicut illud: Non estis vos qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Proinde sicut ipse ꝑ nos loqui tur. ita videt et laudat per nos: sed per se perhenniter ac sem piterne videt. per nos vero temporaliter. Attende vniuersa liter creaturam in principio valde bonam vocari. singulari ter vero tm̃ bona. Quia et membra corporis cum sint singula bona. maius tamen bonum faciunt dum singula omnia val de bonum corpus efficiunt. Decor elementorum omniũ in pulchro et apto consistit. sed pulchrum est quod per seipsum est pulchrum. vt homo ex anima et membris oĩbus cõstans. Aptum vero est vt vestimentũ et victus. Ideoq̃ꝫ hominem dici pulchrum a se. quia nõ vestimento et victui est homo ne cessarius sed ista homini. Ideo autem illa apta. quia non sibi sicut homo pulchra. aut a se sed ad aliud. id est ad hominem accõmodata nõ sibimet necessaria. Hoc et de ceteris elemen torum naturis dicendum. Cuncta que sunt et facta sunt mira valde sunt sed cõsuetudine viluerũt. Ideoq̃ꝫ sic diuina scruta re opera vt semꝑ ea cogites in mensa.

Unde malum. Capitulũ xi.

Alum a dyabolo non est creatum sed inuentum. et
ideo nihil est malũ. qꝛ sine deo factum est nihil. De
us aũt malum non fecit. Non quia alicubi aut ali
quãdo erat malũ vnde fieret dyabolus. sed quia vicium est.
Dum esset angelus bonus sup̲biendo factus ẽ malus. et ideo
recte dicit̃ ab eo inuentum malũ. Nullam esse creaturã mali
cõstat. quia natura oĩs aut incõmutabilis est vt deus. aut cõ
mutabilis est vt creatura. Malum v̾o ideo natura nulla est.
qꝛ accedendo in bonã naturam efficit eam viciosam. qđ dum
discedit. natura manet. et malũ quod inerat nusq̃ꝫ est. Ex eo
ꝙ viciũ nocet nature. agnoscitur viciũ natura non esse. qꝛ ni
hil qđ naturale ẽ nocet. Dum natura bona damnat̃ ꝓpter vo
luntatẽ malã. ipsa voluntas mala testis est nature bone. que
in tm̃ testatur eam esse bonã. vt illam deus ꝑ malo non relin
quat inultam. Credit̃ ab hereticis mentẽ a deo. vicia a dya
bolo fuisse creata. vnde et ab ipsis due nature. bona et mala
putantur. Sed vicia natura non st̃. et dum vere a dyabolo
sint. non tamẽ creata st̃. Quã ob causam p̲miserit deus mali
aboriri statim nisi vt ex contrarijs malis. bone nature decor
emineret. Modus iste etiã in verbis esse cõperitur. qui mo
dus anthitheta grece dicit̃. qđ latine oppositũ vel cõtraposi
tũ noiatur. et fit pulchra locutio qñ mox cõtraria prosperis
ꝑferuntur. Ita et in rebus p̲mixtũ est malũ. vt nature bonũ
ad cõparationem excelleret mali. Fecit deus oĩa valde bona.
nihil ergo natura malũ. qñ et ipsa que in creaturis videntur
esse penalia si bñ vtantur ⁊ bona et prospera st̃. si male vtan
tur nocẽt. Ita ergo pensanda ẽ creatura ex nrõ vsu nõ bona.
nã ex sua natura valde bona. Si radas sup̲ciliũ hoĩs paruã
rem demis. sꝫ tocius corpis ingeris feditatẽ. Ita et in vniuer
sitate creature est. si extremũ vermiculũ natura malũ dixeris.
vniuerse creature iniuriã facis. Cuncta mala p̲ peccatũ pri
mi hoĩs pro pena sunt translata in vniuersum genus huma
nũ. Proinde quecũq̃ꝫ videntur mala p̲tim nobis seuiunt ori
gine partim culpa. Mala dicunt multa in creaturis peruer
si. vt ignẽ quia vrit. vt ferrum quia occidit. vt feram qꝛ mor
det. sed comoda ipsoꝝ non intendens homo accusat in illis

quod sibi debet pocius imputare: cuiq ꝓ peccato ista effecta sunt noxia que illi oī ex pte fuerunt añ peccatū subiecta. Nostro vicio nō sua natura nobis mala sunt ea que nobis nocent. Nā lux cū sit bona. infirmis oculis noxia est. et tunc oculoꝝ viciū nō lucis est. sic et cetera. Cum creaturaꝝ stimulis et elemētorum aduersitatibus hō verberatur peccati hoc exigente pena vt deo supbiens hō ea que infra ipm sunt paciatur aduersa. Vñ et in sapientia legit̃ pro deo. Pugnabit cū eo orbis terraꝝ cōtra insensatos. Merito ergo peccatoꝝ hoc actum est vt naturaliter prospera mutentur homini in aduersa. Unde et Salomon dicit: Creatura exardescit in tormentū aduersus iniustos. et leuior est ad bñ faciendū his qui in deo confidūt. Nō erit caro subiecta aīe nec vicia rationi. si animus nō est subditus cōditori. Tunc aūt recte subijciuntur nobis oīa que sub nobis sunt. si nos subicimur ei a quo nobis illa subiecta sunt. Nam et que videntur subiecta esse ei qui deo subiectus non est. ille pocius subijcitur eis quis nam voluntatem subiugat amori eoꝝ que sibi esse subiecta existimat.

De angelis. Capitulū xij

Angeloꝝ nomen officij est nō nature. Nā ꝫm naturā spūs nūcupantur. qñ eñ de celis ad annūciandū hoībus mittunt̃. ex ipsa annūciatione angeli nominant̃. Natura eñ spūs sunt. Tunc autē angeli vocant̃. qñ mittunt̃. Natura angeloꝝ mutabilis ē. qr in ē illis mutabilitas in natura. sed facit eos in corruptos caritas sempiterna. Erā dicimus nō natura esse in cōmutabiles angelos. Nam si natura in cōmutabiles essent dyabolus nō vtiq cecidisset. Mutabilitati itaq nature suffragat̃ in illis cōtemplatio creatoris. inde et priuatus est apostata angelus dum fortitudinē suam nō a deo. sz a se voluit custodiri. Ante oēm creaturā angeli facti sunt dum dictū est fiat lux. De ipsis eñ dicit scriptura: Prior oīm creata est sapientia. Lux eñ dicunt̃ pticipando luci eterne. Sapientia ꝟo dicuntur. ingenite inherēdo sapientie. Et dum sint mutabiles natura. nō tñ sinit eos cōtemplatio mutari diuina. Ante oēm creaturā mūdi creati sunt angeli. Et añ

oēm creationē angeloꝝ dyabolus cōditus ē sicut scriptū est.
Ipse est principiū viaꝝ dei. Uñ et ad cōparationē angeloꝝ
archangelus appellatus ē. Prius eñ creatus extitit ordinis
ꝑlatione nō tpis quātitate. Primatū habuisse inter angelos
dyabolū excellētia ꝑlationis. ex qua fiducia cecidit. ita vt sine
reparatiōe laberet. Cuius ꝑlationis excellentiā ꝓpheta his
ꝟbis annūciat: Cedri nō fuerunt altiores illo in ꝑadiso dei.
Abietes nō adequauerūt summitatē illius. Omne lignū ꝑadi
si nō est assimilatū illi: qm̄ speciosiorē fecit eū deus. Distat cō
dicio angeli a cōdione hois. hō eñ ad dei similitudinē cōdi
tus est. archangelus vero qui lapsus ē. signaculū dei similitu
dinis appellatus est. testante dño per Esechielem. Tu signa
culū similitudinis plenus sapientia ꝑfectus decore in delicijs
paradisi dei fuisti. Quāto eñ subtilior est eius natura. tanto
plenius extitit ad similitudinē diuine virtutꝫ expressa. Prius
de celo cecidisse dyabolū q̄ꝫ homo cōderet. Nam mox vt fac
tus ē in suꝑbiam erupit. et precipitatus de celo est. Nā iuxta
veritatis testimoniū. ab inicio mendax fuit et in veritate non
stetit. qꝛ statim vt factus est cecidit. Fuit quidem in veritate
cōditus. sed non stando cōfestim a veritate est lapsus. Uno
suꝑbie lapsu dum deo ꝑ tumorem se cōferunt. et hō cecidit et
dyabolus. Sed hō reuersus ad penitentiā deo se inferiorem
esse cognouit. Dyabolus vero nō solū in hoc cōtentus ꝙ se
deo equalē existimās cecidit. insuꝑ etiā superiorē deo se dicit.
ſm Apostoli dictū: qui ait de antixp̄o. Qui aduersat et extol
litur supra oē quod dr deus aut qd colitur. Dyabolus ideo
nō petit veniā. qꝛ non cōpungit ad penitentiā. Membra ꝟo
eius sepe ꝑ ypocrisim deprecant. quod tñ ꝓ mala cōscientia
adipisci nō merent. Discat humana miseria ꝙ ea cā citius ꝓ
uocetur deus prestare veniā dum infirmo cōpatitur hoi: qꝛ
ipse hō traxit ex ꝑte inferiore infirmitatē peccandi. hoc est ex
carne. qua inclusa aīa detinet. Apostate vero angeli ideo ve
niam non hñt. qꝛ carnalis fragilitatis nulla infirmitate gra
uati stꝫ vt peccarēt. Hoies aūt post peccatū idcirco reuertun
tur ad veniā. ꝓpter ꝙ ex lutea materia pondus traxerūt infir
mitatis. Ideoqꝫ ꝓ infirma carnis cōditione reditus ptꝫ hoi

ad salutē sicut et Psalmus dicit. Ipse scit figmentū nostrū. Memento dn̄e q̄ terra sumus. Et iterum. memorare inquit que mea substantia. Postq̄ apostate angeli ceciderunt. ceteri pseuerantia eterne beatitudinis solidati sūt. Unde et post celi creationē in principio repetitur. fiat firmamentū. Et vocatum est firmamentū celum. nimirū ostēdens q̄ post angeloꝝ ruinam hi qui pmanserūt firmitatē meruerunt eterne pseuerantie ⁊ beatitudinis q̄ꝫ antea minus acceperāt. Un̄ oportet agnosci q̄ maloꝝ iniquitas scōꝝ seruiat vtilitati. Quia vn̄ mali corruunt. inde boni pficiūt Bonoꝝ angeloꝝ numerus. q̄ post ruinā angeloꝝ maloꝝ est diminutus. ex numero electoꝝ hoīm supplebit̄. qui numerus soli deo ē cognitus. Inter angelos distantia potestatū est. ⁊ p graduū dignitate ministeria eisdē sūt distributa. alijq̄ꝫ alijs preferunt̄. tā culmine potestatis q̄ꝫ scia virtut̄. Subministrāt igit̄ alij alioꝝ preceptis atq̄ꝫ obediunt iussis. Un̄ et ad pphetam Zachariā angelus angelū mittit. et quecūq̄ꝫ annunciare debeat precipit. Nouem esse distinctiones vel ordines angeloꝝ sacre scripture testant̄. id ē. Angeli. archangeli. throni. dominationes. virtutes. principatus. potestates. cherubin. ⁊ seraphin. Hoꝝ ordinū numerum etiā. Ezechiel ppheta describit sub totidē noībus lapidum cū de primatu apostate angeli loqueret̄. Oīs inquit lapis p̄ciosus operimentū tuū. Sardius ⁊ topazius et iaspis chrisolithus. et onix et berillus. saphirus. carbūculus et smaragdus. Quo numero lapidum ipsi ordines designati sūt angeloꝝ quos apostata angelus ante lapsum quasi in vestimēto ornamenti sui affixos habuit. ad quoꝝ cōparationē dum se clariorem cunctis aspexit confestim intumuit et cor suū ad supbiam eleuauit. Angeli sp in deo gaudēt nō in se. Malus vō ideo est dyabolus: q̄r non que dei. sꝫ que sua sūt requisiuit. Nulla āt maior iniquitas q̄ꝫ nō in deo sꝫ in se velle quēpiam gloriari. Angeli in vbo dei cognoscunt oīa an̄q̄ꝫ in re fiant et que apud hoīes ad huc futura sūt. angeli iam reuelante deo nouerunt. Preuaricatores angeli etiā sanctitate amissa. nō tn̄ amiserunt viuacem nature angelice sensum. Triplici em̄ mō scientie acumine vigent. i. subtilitate nature. experientia tpm.

reuelatione superioꝝ potestatū. Quotiens deus quocūq; fla
gello huic mundo irascit. ad ministeriū vindicte apostate an
geli mittunt. qui tñ diuina potestate coercent ne tm̄ noceant
quātum cupiunt. Boni autē angeli ad ministeriū salutis hu
mane deputati sūt. vt curas administrent mūdi et regant oīa
iussu dei. testante Apostolo. Nōne oēs inquit sūt administra
torij spiritus in ministeriū missi. ꝑpter eos qui hereditatē capi
unt salutis. Angeli corpa in quibus apparent de supno aere
sumūt. solidāq; spēm ex celesti elemento induunt per quā hu
manis obtutibus manifestius demonstrentur. Singule gen
tes ꝑpositos angelos habere creduntur. qđ ostendit testimo
nio angeli Danieli loquētis. Ego inquit veni vt nunciarē ti
bi sz princeps regni persaꝝ restitit mihi. et post alia. Non est
qui me adiuuet nisi mihael princeps noster. Item oēs hoīes
angelos habere. probantur loquēte dño in euāgelio. Amen
dico vobis q2 angeli eoꝝ sp vident faciē patris mei qui ē in
celis. Vñ et Petrus in actibus aploꝝ cū pulsaret ianuam.
dixerūt intus apostoli. Non est petrus sed angelus eius est.
Si deū angeli cōtuentur et vident cur petrus apostolus di
cit. in quē desiderāt angeli dei cōspicere. Item si eum non cō
tuentur nec vident. quō iuxta sententiā dñi. angeli eoꝝ sp vi
dent faciē patris qui est in celis. Sed hñ vtrumq; est. Nā ve
raciter credimus q deū angeli et vident et videre desiderāt
et hñt et habere festināt. et amant et amare nituntur. Si eñ
sic videre desiderāt vt effectu desiderij non perfruant. deside
riū hoc necessitatē habet. necessitas ista penalis est. sz beatis
angelis oīs pena longe est. q2 nunq; simul pena et beatitudo
cōueniunt. Rursum si eos dicimus dei visione saciari. sacie
tas fastidiū habere solet. et scimus illos dei visionem quā et
desiderant fastidire nō posse. quid ergo est nisi vt miro modo
simul vtrumq; credamus. q2 et desiderant et saciantur. sz de
siderant sine labore et saciant sine fastidio. Ne eñ sit in de
siderio necessitas desiderātes saciant. Et iteꝝ ne sit in sacie
tate fastidiū satiari desiderant. Vident ergo angeli faciē pa
tris p sacietatē. sz q2 sacietas ista fastidiū nescit. angeli deside
rāt in eo prospicere sp. Vbicūq; in scripturis sanctis pro deo

angelus ponitur nõ pater. nõ spiritussanctus. sȝ pro incarnationis dispensatione solus filius intelligit. Ante dñice incarnationis aduentũ discordia inter angelos et hoĩes fuit. Ueniẽs aũt xp̃s pacẽ in se et angelis et hoĩbus fecit. Eo quippe nato clamauerunt angeli. In terra pax hoĩbus bone voluntatis. Per incarnationẽ igitur xp̃i non solum deo recõciliatus est homo. verum etiam pax inter hoĩes et angelos reformata est. Discordia igitur ante aduentum xp̃i hominũ et angelorum fuisse p id maxime agnoscitur. q salutati in veteri testamento ab hoĩbus angeli. despiciunt se salutari ab eis. quod in nouo testamẽto a iohanne factum nõ solum reuerenter angelus suscipit. verum etiã ne faciat interdicit. Ob hoc homo in veteri testamento despicitur nec resalutatur ab angelo. eo q hõ ad huc nondum transisset in deũ. Suscipitur autẽ homo a deo et reuerenter salutatur ab angelo. Nam et Mariã angelus gabriel legitur salutasse. et Johanni angelũ salutanti ab eodem angelo dicit. Uide ne feceris. cõseruus em̃ tuus sum et fratrum tuorum. Per quod agnoscitur p incarnationẽ dominicam pacẽ hominibus fuisse et angelis redditam.

De homine Capitulũ xiij.

Omnia sub celo ꝓpter hominem facta sunt. homo autem ꝓpter seipsum. Inde et omnia p figuram ad eius similitudinẽ referuntur. Cõmunia hoĩ omnia naturalia esse cum oĩbus rebus que cõstant. et in hoĩe oĩa cõtineri. atq in eo oim rerum naturã cõsistere. Uniuersitatis creature hõ magna quedã portio est. tantoq gradu ẽ ceteris excellentior. quãto ymagini diuine vicinior. Quãtum ceteris creaturis prestet hõ dignitate virtutis. ex ipsa reuerẽtia discit creationis. dum p oĩa dixit ds. fiat et facta st. Creare ṽo hoĩem quadam eterni cõsilij deliberatione voluit dicẽs: Faciamus hoĩem ad ymaginẽ et similitudinẽ nostrã. Quia em̃ boni simus naturaliter cõditi. culpe quodãmodo merito cõtra naturã mali sumus effecti. Sicut prescivit deus hoĩem peccaturũ ita et prescivit qualiter illũ p suã grãm repararet. q suo arbitrio deperire potuisset. Originaliter Adã et eua simul creati

sunt. spiritualiter ꝟo postea mulier de latere viri formata est. Pariter ergo cōditi sꝫ vtriqꝫ rōnis ordine: non pariter tpis vnitate. Uir ad ymaginē dei factus est. mulier ad ymaginē viri formata est. vñ et illi lege nature subiecta ē. Itē vir ꝓpter semetipm factus est mulier ad adiutoriū viri creata est. Homo ꝓpter peccatū tunc traditus ē dyabolo. qñ audiuit. terra es et in terrā ibis. Tunc em̄ dictū est dyabolo. terrā manducabis. Uñ et ꝓpheta ait serpenti. puluis panis eius. Serpens em̄ dyabolus est. puluis impij: et ipsi sunt cibus dyaboli. Quia praua volūtate ad yma collabimur. recte ad bñ agendū cum labore cōsurgimus. qđ non ita esset si delectatio flagiciū primoꝝ hoim non ꝑsuasisset. quibus ad bñ viuendum tm̄ velle sufficeret ⁊ sine difficultate stati actio obtemperaret. Diuisio et pugna vt si in hois aio pena peccati est ex primo hoie in oēs eius filios ꝓpagata. vt qui voluit cū deo esse vnitus. esset in se ipo diuisus. ⁊ qui imparāti dño noluit esse subiectus fieret sibimet ipsi rebellis atqꝫ cōtrarius. Uñ nec sibi poterit subiugari si prius deo nō fuerit subiugatus. sibiqꝫ seruiet nolens qui deo noluit volēs. Ex varie ꝑ diuersa humanū defluxit genus. dum se ab vna stabili sempqꝫ manēte diuinitatis soliditate subtraxit. Nā dum opus quodlibet appetit. quasi ibi iā requiē mentis infigit. Sed dum ei nō sufficit: mutata intentione ad alias atqꝫ alias actiones trāsit. dumqꝫ ꝑ diuersa requiem solidā querit nec inuenit. in labore miser ⁊ varietate viuit et vacuus a requie manet. Quis eadem mutabilitas non sit homini cōcreata sꝫ pro merito prime preuaricationis illi accesserit. iam tamē naturalis facta est. quia originaliter a primo homine sicut et mors in omnes homines transijt.

De anima ceterisqꝫ sensibus. Capitulum xiiij.

Ita corpis aīa. vita aīe deus ē. Et sicut corpus mortuū est sine aīa. ita aīa mortua ē sine deo. Anima hominis nō est hō. sꝫ corpus qđ ex humo factū ē. id tm̄ hō est. Inhabitādo aūt in corpe aīa ex ipsa ꝑticipatōe carnis hoīs nomē accepit. sicut aplūs interiorē hoiem dicit animā

non carnem cõditam esse ad dei ymaginẽ. Male ergo a qui busdam creditur animam hoīs esse corpoream. que ꝑ id ad dei ymaginẽ facta est vt si non incõmutabilis vt deus esset. tamẽ incorporea vt deus existeret. Sicut angeli ita et anime. Habent em̄ iniciũ. finem vero nullũ. Nam quedã in rebus temporalia sꝫ quedam perpetua. quedam vero sempiterna. Temporalia sꝫ quibus inest ortus et obitus. Perpetua qui bus ortus nõ terminus. Sempiterna q̇bus nec ortus nec terminus. Animã non esse patrẽ diuine substãtie vel nature. nec esse eã prius q̃ʒ corpori misceat̃ sed tunc eam creari qñ et corpus creatur cui admisci videt̃. Philosophoꝝ sententie di cũt esse animã prius q̃ʒ nascatur in corpe. Quod veꝝ esse nul lis approbat̃ indicijs. Nam vtrũ antea fuissemus. nec ipsi no uimus nec quis hoīm dicat habemus. Nõ est ergo queren dum qđ querendo magis est irridendũ. Gentiles et heretici de aīa disputare conantur. sed qũo de illa aliq̇d recte sentire possunt. qui auctorẽ ad cuius ymaginẽ facta est nõ nouerũt. Et ideo multa errore digna dixerũt. Mutabilis est aīa non localiter. sed tpaliter suis affectionibus. Corpus aũt ⁊ loco et tpe mutabile. qꝛ et tpe mutat̃ et loco variatur. Quod est ad corpus mutatio locoꝝ. hoc est ad animã mutabilitas cogita tionũ. Que varietas male motionis tũc menti inhesit. qñ ab eternoꝝ cõtemplatiõe primus hõ recedẽs in illo stare noluit a quo male recessit. Et iusta damnatione in cõstans ꝑ rerum raptus varietatẽ defluxit. Multum ex sua natura splendorẽ possidet aīa. sꝫ fuscat̃ cõmixtione carnis qua retinet̃ inclusa. Ex eius em̄ pte vertitur ad peccandi infirmitate. salomone dicente. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam ⁊ de primit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.

De sensibus carnis. Ca xv.

On virtute. nõ sensu corpis. sꝫ ratione mentis excel limus aīalibus ceterꝭ. Pro rebus corporeis vtendis sufficit sensus carnis. nõ pro spiritalibus capiendis. Allecti ãt hoīes vsu corporeaꝝ reꝝ nihil putant aliud esse preter qđ carnis sensu cõcipiunt. Sicut precellũt sibi corpei

sensus diuersitate locoꝝ. ita sibimet et virtute sentiendi pre
cellunt. Nam prestantior ē odoratus sapore et positione loci
et sentiendi longinquitate. sic auris odoratu. longius em̄ au
dimus q̄ȝ odoramus. et sic oculi auribus. longius em̄ vide
mus q̄ȝ audimus. Animus aūt et loco et merito his vniuer
sis sensibus supfertur. In arce em̄ capitis constitutus qđ illi
corporaliter nō attingūt. iste intellectualiter cōtuetur. Ampli
us excellit oculoꝝ sensus ceteris sensibus. qñ quidē que ad
alios ptinent sensus inde dicamus. veluti cum dicimus. vide
q̄uo sonat. vide q̄uo sapit. sic et cetera. Queādmodū oculus
ita ⁊ animus cetera videt sese nō intuetur. Aliaꝝ em̄ reꝝ ori
gines. spēs et magnitudines pspicit. de se aūt tante veri igno
rantia inficit. vt in his oībus nihil cercius cōtempletur. Nō
qui miraris sideriū altitudinē et maris pfunditatē. animi tui
abyssum intra et mirare si potes. Multa cogitantes sine sen
su carnis ⁊ sine imaginibus viuis animo tm̄ cernētes intue
mur memoriaq̄ȝ mentis ibi eas fingente tenemus. Multa
quoq̄ȝ intelligimus sensu. que lingua explere non possumus.
Innoxios esse infantes ope non esse innoxios cogitatione.
qꝛ motum quē gerūt mente. nondum possunt explere ope. ac
p hoc in illis etas est imbecillis. non animus. Ad nutum em̄
voluntatis nō dum obtemperat illis fragilitas corporis nec
adeo ope nocere possunt. sicut cogitatione mouent. Ex causa
vocabulū sortita est cogitatio. Cogendo em̄ animū reminisci
qđ memorie cōmendatū est. dicit cogitatio. Rerum omniū
thesaurus memoria est. Ipsa est em̄ custos rebus inuentis
ipsa cogitatis de qua ad liquidū difficile est aliquē disputare
qꝛ grandis eius pplexitas est et animus ipse ē. Imago a sen
sibus corpis remota sue speciei similitudinē relinquit in me
moria. similitudinē aūt non p imagines sicut cetera. sed sicut
gaudium sine imagine reminiscimur. Dum obliuionem me
moramus non p seipsam ad est. Q si p seipsam adesset vtiq̄ȝ
nō obliuisceremur. Cōmunem hoīs animaliūq̄ȝ esse memo
riā nullum aūt animalibus irrationabilibus intellectū in esse
nisi homini tm̄ predito ratione. Ceteris em̄ in ipsa qualitate
cōsiderationis sue. sensus carnis nō intelligentia mentis est.

De cristo filio dei. Ca.xvi

Filij dei pfecta natiuitas nec cepit esse nec desijt. ne preterita sit si desijt et ne imperfecta sit si adhuc fit. sed sic eterna sit et pfecta quatenus in ea natiuitate eternitas et pfectio habeat. Ex vtero virginis minor dicitur patre xp̄us. videlicet iuxta humanam assumptionē. nō iuxta diuinitatē. Xp̄s et in forma serui seruus. et in forma serui nō seruus. In forma quippe serui dm̄ seruus. et in forma serui hoīm dn̄s. Xp̄us in forma serui pp̄ter cōceptionis excellentiā dn̄s est hoīm. qr et si suscepit carnē non tn̄ ex carnis libidinosa cōtagione. Mediator dei atq3 hoīm homo xp̄us ihesus nequaq3 alter in humanitate alter in deitate est. sed in vtraq3 natura idem vnus est. Nec purus homo conceptus. est nec purus homo editus est. nec postea meritum vt deus esset accepit. sed deus verbum manente incōmutabili essentia que illi cum patre et spiritu sancto est coeterna. assumpsit carnem pro salute humaua in qua et impassibilis pati et immortalis mori et eternus ante secula tpalia posset ostendi. Mediator dei et hoīm homo xp̄s ihesus q̄muis aliud sit ex prē aliud ex virgine. non tamen alius ex prē alius ex virgine. sed ipse eternus ex patre. ipse tpalis ex matre. ipse q̄ fecit. ipse qui factus est. ipse de patre sine matre. ipse de matre sine patre. ipse conditores templum. ipse conditor templi. ipse auctor opis. ipse opus auctoris manens vnus de vtroq3 et in vtraq3 natura. nec naturaꝝ copulatione cōfusus. nec naturaꝝ distinctione geminatus. Ideo deus in hoīe venit. qr p seipm̄ ab hominibus cognosci non potuit. Sed vnde nobis consuluit. inde despectionē tulit. qr infirmitatē quam pro nobis suscepit. homo supbus despexit. Ob hoc infirma et stulta mundi elegit vt fortiora et sapientiora p que nō cognoscebat cōfunderet. Sicut cibum fortem inualidus infans capere non p̄t. nisi a matre prius editus in lactis succum vertatur. vt qđ in cibo non potuit vti. suggendo potetur in lacte per carnem. ita et nos dum essemus infirmi ad cōspiciendam verbi eternitatē. factum est ipm̄ verbo caro vt enutriti per carnem fortioresq3

effecti. cibum solidum id est verbum domini cum patre sem piternum cõtemplando vt angeli satiemur. Prima dei dona esse quibus nos nobis reos esse ostẽdit qui dum iaceremus sub reatu culpe iustos nos esse credebamus. Uenit medicus. patefecit vulnus. composuit semetipsum. et de sua morte no bis medicinam aptauit vt non esset ostensor tm̃ vulneris sꝫ et sanator. Primum ad israbel venit xp̃us sicut et ipse ait. non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israbel. Ad populum israbel prius venit sed ꝙ non essent credituri ꝓpheta nõ tacuit: dicens. Primus ad syon dicet assum. et ihe rusalem euangelistam dabo. et vidi et non erat. neqꝫ extitit quisqꝫ qui iniret consilium et interrogatus responderet ver bum. Sed qui ad gentes transiuit: sequitur. Ecce seruus me us. suscipiam eum. electus meus. cõplacuit sibi in illo anima mea. dedi spiritũ meũ sup eum. iudiciũ gentibus ꝓfert. Quis ordinẽ nostre liberationis nescierit dyabolus. sciuit tamen ꝙ pro saluatione hoim xp̃us aduenit. sꝫ ꝙ sua idẽ nos morte re dimeret ignorauit. vñ eum occidit. Nam si ille xp̃m ꝑ mortẽ redimere humanũ genus scisset non eum vtiqꝫ peremisset. ꝙ nouerit dyabolus ꝓ salute humani generis xp̃m venisse euã gelij testimonio docetur. quẽ vt vidit cognoscẽdo ꝑtimuit di cẽs q̇d nobis ⁊ tibi fili dei. Uenisti ante tempus ꝑdere nos. Xp̃us sicut peccatum qđ pena dignum est nõ admisit ita pe nã peccati nostri suscepit. vt ꝑ indebitã penã suã. debitã ablue ret culpam nostrã vt ꝑ hoc amitteret dyabolus quos reos tenebat. dum vnũ interfecit qui nihil peccati admiserat. Ideo qꝫ quos quasi iuste tenuit amisit. quia iniuste redemptorem nostroꝝ occidit. Illusus est dyabolus morte dñi quasi auis Nam ostensa xp̃us sue carnis mortalitate quã interimendã ille appetebat. abscõdit diuinitatẽ. vt laqueum quo eum velut auẽ in ꝓuidam prudenti irretiret decipula. Nã si in noxius xp̃s nõ occideret. hõ dyabolo addictus ꝑ preuaricationẽ nõ absolueret. Dyabolus dũ in xp̃o carnẽ humanitatis impetit que patebat. quasi hamo diuinitatis eius captus ẽ qui late bat. Est eñ in xp̃o hamus diuinitas esca autem caro. linea genealogia. que ex euangelio recitat. Tenens ẽo hanc lineã.

deus pater est. de quo dicit Apostolus. Caput xpi deus. Et lucas lineam generationis xpi ab imis ad summa cõtexens inchoata ioseph ꝛ cõsummat in deũ. dum dicit qui fuit heli. et pficiens lineã generis dicit qui fuit dei. Id circo dñs in infernũ descendit. vt his qui ab eo non penaliter detinebantur viã aperiret reuertẽdi ad celos scd̃m testimoniũ Esaye ꝓphete dicẽtis. Posuisti pfundum maris viã vt trãsirent liberati. Uiam quippe xp̃us in profundũ maris posuit. qñ in infernũ descendens scis iter ad celos reuertendi monstrauit. Sancti ex tpe resurrectionis xpi statim vt de corpe exeunt. mox ad celestẽ habitationẽ ascendũt. qd̓ antiquis patribus nõ dabatur. Nã ante aduentũ saluatoris q̃q̃ sine pena supplicij. non tñ in celo sꝫ in inferno scõꝝ aĩe tenebantur. pro q̃bus absoluendis. dñs in infernũ descendit. Xp̃us in celũ ascendens discessit quidem carne. sed p̃ñs est maiestate. ẜm illud qd̓ ipse ait. Ecce ego vobiscũ sum vsq ad cõsumationem seculi. Sedet xp̃us ad dexterã patris. nõ vt dexterã corpoream habeat pater. sed dextera patris beatitudo est sicut sinistra miseria.

De spiritu scõ. Capi. xvij.

Spiritus sanctus creator est. sicut pater et verbum testante ꝓpheta. Spiritus dñi fecit me. et spiraculũ oĩpotentis viuificauit me. Sp̃us sanctus patris et filij est. et inde vnum stꝫ pater et filius. qꝛ nihil hꝫ pater qd̓ nõ hꝫ filius. Non eñ res vna et duoꝝ cõsubstantialis poterit simul ab eis pcedere et simul in esse. nisi vnũ fuerit a q̃bus pcedit. Spiritus sancti pignus accepit ecclesia. vt p eum in vno corpe vnum fierent credentes. p quẽ pater ꝛ filius vnũ essentialiter sint. ipso saluatore ad patrẽ dicente. Ut sint vnũ sicut et nos vnũ sumus. Xp̃us non tm̃ a patre sed etiã a spiritu sancto se missum testatur. dicẽte ꝓpheta. Accedite ad me et audite. Non a principio in abscõdito locutus sum vobis. ex tpe anteq̃ fieret ibi eram. et nunc dñs misit me ꝛ sp̃us eius. Sp̃us sanctus p eo ꝙ cõsolator sit paclitus nuncupatur. Nã latine paclisis cõsolatio dicitur. Et reuera dũ dona sacramentoꝝ distribuit cõsolationẽ anime prebet. Credo equidem ꝙ

magnā leticiā sentit qui aliqͩ reuelante spū dicit. Donū sancti spūs in mēbris ecclesie sigillatim diuidit. et in singulis singula dona tribuunt. Xp̄s aūt oēm plenitudinē grāꝝ habuit. de quo ita legit. Plenus grā et veritate. In xp̄o ergo oīs plenitudo grāꝝ est nam singulis electis singula dona tribuunt. In spū scō oīs grā donoꝝ consistit. Ipse eīn put vult grāꝝ dona largit. alijs dans sermone sapientie. alijs scie. alijs fidē. atqꝫ ita vnicuiqꝫ virtute spūs sancti diuisio grāꝝ tribuit. ⁊ in oībus idē vnus habet. Ipse eīn etiā ineffabilia docet qua ꝓferre humanus smo non p̄t. Añ aduentū dn̄ tantū ꝓphete et pauci ex oī populo iusti donū sancti spūs merebant. Post aduentū aūt dn̄ spūs sanctus cunctis ē credentibus distributus. iuxta qd per ꝓphetam dn̄s loquitur dicēs. Et erit in nouissimis diebus effundam de spū meo sup oēm carnem. et ꝓphetabunt filij vestri et filie vestre. Cunctis eīn nunc gentibus grā sancti spūs tradita est. neqꝫ in paucis aut in populo israbel. sꝫ in oī credentiū multitudine spūs sancti grā manet. Aliqñ non dignis et reprobis dona sancti spūs cōferuntur. sicut saulo data est ꝓphetia et balaā. Uñ et multi in fine dicturi st̄. dn̄e virtutes in tuo noīe fecimus. quibus dicturus ē dn̄s. Nescio vos vñ estis. Xp̄i aduentū non tm̄ plebis iudee sancti ꝓphetantes expectauerūt. sed fuisse etiā in nationibus plerosqꝫ sanctos viros ꝓphetie donū habentes quibus ꝑ spiritum sanctū xp̄us reuelabat et a quibus eius expectabatur aduentus. sicut iob. sicut balaam qui xp̄i vtiqꝫ precauerūt aduentum. Cōuersio gentiū veteri populo latebat. sꝫ tamen in cōsilio dei erat vt fieret. et iam tūc a sanctis ꝓphetis occulte ꝑ spiritū sanctū predicabatur aduentus xp̄i sicut dicit ꝓpheta. Cum appropinquauerint anni cognosceris dum aduenerit tempus ostenderis. Nunc vero reuelatum ptꝫ ꝙ tunc carnalibus latebat. spiritualibus vero notum erat. nondum tamen manifeste dicebatur. eo ꝙ tempus ostensionis nō esset.

De lege. Capitulum xviij

Ia per quā itur ad xp̄m lex est per quam vadunt iusti ad deū: et vt est intelligunt eam. Sanctaꝝ scripturaꝝ

altitudo quasi montes pascue sunt. ad quos dum quisq; iusto
rum cōscendit se pascue in deficientis refectionē inuenisse cō
gaudet. In scripturis sanctis quasi in montibus excelsis. et
viri pfecti habēt sublimia intelligentie. quibus gressus cōtem
plationis quasi cerui erigant. et simplices quasi pua anima
lia inueniunt modicus intellectus. ad quos humiles ipsi refu
giant. Scriptura sacra infirmis et sensu puulis s̄m hystoriā
humilis videtur in verbis. cū excellentioribus aūt viris alti
us incedit. dum eis sua ministeria pandit. ac per hoc vtrisq;
manet cōmunis et puulis et perfectis. Scriptura sacra pro
vniuscuiusq; lectoris intelligentia variat. sicut māna que po
pulo veteri pro singulo℞ delectatione variū dabat saporem.
Iuxta sensuū capacitatē singulis sermo dominicus cōgruit.
Et singulis dum sit pro vniuscuiusq; intellectum diuersis
in se tamen permanet vnus. Ideo in libris sanctis quedam
obscura. quedam aperta reperiuntur. vt intellectus lectoris
et studium augeatur. Nam si cuncta parerent. statim intellec
ta vilescerēt. Rursus si cuncta clausa existerent. cōfestim diffi
dentiam gignerent. Ne ergo de obscuris desperatio fiat. ea
que manifesta sunt sciant. et ne de intellectis fastidiū existat.
ea que clausa sunt desideriū excitāt. Nam pleraq; quāto ma
gis latent tanto magis desideriū prebent. In scripturis sanc
tis sepe ea que futura st̄ quasi facta narrantur. sicut est illud.
Dederunt in escā meā fel. et potauerunt me aceto. Sed cur
futura quasi preterita scribuntur. nisi q2 que adhuc facienda
st̄ in ope. iam facta st̄ in diuina predestinatione. Nobis igi
tur tp̄aliter accidunt. que a cōditore oīm sine tp̄e puidentur.
Propterea pheta re℞ futura℞ gesta preterita p̄ntibus mis
cet rebus. vt ita credantur illa futura. queādmodū ista cernun
tur esse cōpleta. More eīn suo p p̄ntia de futuris loquitur. si
cut in psona iherusalē de ecclesia. et sicut in psona effraim de
hereticis. Pro factis diuinis plerūq; et dicta ponunt. idcir
co q2 nō opatione manuū deus s3 dicendi imperio opatur. si
cut scriptū est. Dixit et facta st̄. mandauit et creata st̄. Q2 in
scripturis sacris vna bis repetit sententia: aut cōfirmationis
causa est. aut misterij. sicut lex et grā. sicut iniciū et pfectio. si
cut bonū et melius. Lex diuina i tribus distinguit ptibus. i.

in historia. in pceptis τ in ꝓphetis. Historia ē in his q̄ gesta sūt
pcepta in his q̄ iussa sūt. ꝓphetia in his q̄ futura pronūciata
sūt. Lex diuina triplici sentienda est mō. Primo vt historice.
scđo vt tropoloyce tercio vt mistice intelligant. Historice nā
qꝫ iuxta litterā tropoloyce iuxta moralē sententiā. mistice iux
ta spiritalem intelligentiā. Ergo sic historice oportet fidē te
nere vt eā et moraliter debeamus interpretari et spiritaliter
intelligere. Tria et septem. decē precepta sūt. sed tria ad amo
rem dei ptinent. septem ad hoīes. Illa tria que ad amorē dei
ptinent. in vna tabula scripta fuerūt. reliqua septem in scđa.
In prima tabula trium mandatoꝝ. hoc primum est. Diliges
dn̄m deum tuū. In scđa. Honora patrem tuum et matrem.
Hinc est quod et saluator scribe interroganti qđ preceptum
est primum in lege ait. Audi israhel dn̄s deus tuus vnus est
hoc primū est. Scđm ꝟo simile est huic. Diliges proximū
tuū sicut teipsum. Unū namqꝫ preceptum de prima tabula
dixit quod ad dei ptinet amorem. alterum vero de alia tabu
la. quod ad hominis pertinet dilectionem.

De ecclesia et heresibus.

Capitulum xix.

Gemina est ecclesie pulchritudo. vna quā hic bn̄ viuē
do cōsequit. altera p quā illic ex retributōe glorifica
bit. Ecclesie ꝓpter xp̄m gemine tribulationes existūt
id est siue quas a paganis ptulit in martiribus. siue quas ab
hereticis pfert in diuersis cōcertationibus. Utrasqꝫ aūt per
gratiā dei exuperat. ptim ferendo. ptim resistēdo. Sancta ec
clesia catholica sic male viuētes in se patienter tolerat. ita ma
le credentes a se repellit. Sancta ecclesia cōtra gentiliū atqꝫ
hereticoꝝ ptinaciā summope sapientiā et pacientiā oppo nere
studet. sꝫ exercetur eius sapientia cū tentatur verbis. exercet
paciētia cū tentatur gladijs. Nunc em̄ psecutionibus appetit.
nūc falsis assertionibus lacessitur. Causa prauitatis heretice
doctrinis est ꝓpagata ecclesia. nam antea simplici tm̄ fide vi
debat. Hereticoꝝ igitur occasione ꝓpagati sūt doctores in fi
de. et p acumina heresim ecclesie magistri creuerūt. Nam tūc
clarius manifestat veritatis assertio quādo patuerit quelibet

dissensio. Scã ecclesia ideo dicit catholica, p eo q vniuersaliter p oẽm sit mundũ diffusa. Nã hereticorũ ecclesie in ptibus mũdi coartant. hec vero in toto orbe diffusa expandit. Paulo attestante Apostolo: Grãs inquit ago deo meo p oibus vobis q fides vestra annunciatur in vniuerso mũdo. Hereses aũt in aliquo angulo mũdi. aut in vna puincia inueniuntur versari. Ecclesia vero catholica. sicut p totũ mundũ extendit. ita et oim gentiliũ societate cõstruitur. Qui sũt heretici nisi q relicta dei ecclesia priuatas elegerunt societates: De quibus dñs dicit: Duo mala fecit populus meus. me derelinquerũt fontem aque viue. et foderũt sibi cisternas dissipatas que cõtinere non valent aquas. Causa heresis ob quã rem fit: Ad exercitationẽ fidei. Vis vero p quã fit. obscuritas est diuinarum scripturarũ. in qua caligantes heretici aliud q̃ se res habeat intelligũt. nec esse pñt. q id ipm qd existũt hereses iã non sũt. Maleem sentiendo esse iam desierũt. ad nihilũ eñ tendunt. Heretici ingenti studio mendacia sua discunt. et labore vehementi ne in vnitatem ecclesie veniant decertant. de quibus p pphetam cõgrue dicit: Docuerũt linguã suã loqui mendaciũ et vt inique agerẽt laborauerũt. dum vicissim heretici mutuo se lacerant qñ alterutrũ se in prias sectas inducũt. sic tamẽ in inuicẽ sese colligunt vt cõtra ecclesiam pari erroris spiritu decertent. Et qui ab inuicem sũt diuisi. in aduersitate ecclesie simul existunt vniti: eisq qui pro eo q tm̃ valeant hereses videntur habere veritatem: hoc respondendum est. Non ideo saluti preponendi sunt morbi. quia plerumq ita generaliter mundum occupant vt puum saluti locum relinquant.

De hereticis. Capitulũ xx

Non posse hereticos habere veniã. nisi p ecclesiam catholicã. sicut et amici Job nõ p se placare deũ potuerũt. nisi p eis Job sacrificiũ obtulisset. Opera bona q̃ heretici faciunt et iusticia eorũ. nihil eis pdest. testante dño p Hieremiã. Quia mei oblitus es. ecce ego annũciabo iusticiam tuã. et opa tua non proderunt tibi. Heretici q̃uis legẽ et pphetas ad impleant. ex eo tñ q catholici nõ sũt. nõ est deus in eorũ cõuentibus. ipso dño testante: Si steterint Moyses

et Samuel coram me. non est aīa mea ad populū istum. eijce eos a facie mea et egrediant̄. Per moysem quippe et samuel legē accipe et ꝓphetas. quos q̄uis heretici ope implere cōtendant. ꝓpter erroris tñ impietatē a vultu dei proiciuntur et a iustoꝝ cōuentibus seperantur paganus et hereticus. ille qꝛ nūq̄ꝫ fuit cū dei populo. iste qꝛ recessit a dei populo. vterqꝫ recedētes a xp̄o ad dyaboli ꝑtinent corpus. Qui ab idolatria ad iudaismū vel heresim transeunt. iuxta Prophetā De malo ad malū egressi sūt et dn̄m non cognouerūt. qꝛ de infidelitatis errore in errorē aliū transierūt. Cuius doctrinā quisqꝫ sequit̄. huius et filius nuncupat̄. sicut et p̄ Prophetā Amorreū patrem et Cethcam matrē esse israhel. dn̄s dicit. nō vtiqꝫ nascēdo sꝫ imitando. Sic et in meliorē prēm filij dei nuncupantur qui precepta dei custodiunt. Vñ et nos nō natura. sꝫ optione clamamus deo dicentes: Pater nr̄ qui es in celis. Non solum tm̄ natiuitate sed etiā imitatione filios posse alicuius vocari. Nam iudei s̄m carnē filij Abrahe. s̄m ꝓo cōuersationē filij dyaboli nuncupant̄. ac ꝑ hoc illi sūt semē Abrahe qui eius imitantur fidem. non qui ex eius generati sūt carne. De errore auctoris trahitur a quibusdam et nomen ⁊ culpa. vt ipsius vocabulo censeatur cuius errorem ⁊ sequitur. sicut ecclesie ꝑgami in Apocalipsi dicit̄. Habes tenentes doctrinam Balaam et Jezabel. Doctrinā igitur Balaam dicit̄ habere. ꝓpter imitationem non ꝓpter presentiam corporalem.

De gentibus Philosophis.

Capitulum xxi.

Philosophi gentiū non sicut oportet deū querentes in angelos inciderunt preuaricatores: factusqꝫ est illis mediator dyabolus ad mortē. sicut nobis xp̄s ad vitā. Multū mundi philosophi p̄dicant̄ in dimensione tp̄m. cursuqꝫ syderū ac discussione elementoꝝ. et tamē hoc nō nisi a deo habuerūt. Volādo em̄ sup̄be vt aues aerē. et emergentes in ꝓfundum vt pisces mare. et vt pecora gradientes terrā descripserunt. verūtamen tota mente auctorē eoꝝ intelligere noluerunt. Quare non pn̄t animalia bruta interrogare: quia nesciunt ratiocinari. Ideo nō dissimiles gentiles hoīes aīali

bus extiterunt. qui talia non considerantes et ipsa amplius diligentes vsq; ad eorum cultum euanuerunt. Via xpus est. Si quis in ea non graditur. non est quo veniat ad deum. Philosophi aut mundi vtiq; deum cognouerunt. sed quia displicuit illis humilitas xpi in inuio transierunt et non in via. Ideoq; euanescentes gloriam dei in mendacium mutauerunt. et rectitudinem vie relinquentes in anfractus inciderunt errorum. Primum vnicuiq; est scire quid appetat. Secundum vero est vt id quod appetit apprehendat Imperfecta quippe sapientia est quo tendas scire. et nescire iter per quod expediat ire. Quid enim prodest si quis famis tempore vbertatis regionem videat. et viam per quam ad illam pergat ignorat? Ecce patriam quisq; querit. sed viam perdidit. errando graditur. non proficiendo: quantoq; plus ambulat tanto magis ab eo quod querit elongatur. Qui viam regiam. hoc est xpm deserit. et si videat veritatem a longe videt. quia nisi per viam non est quo ad eam appropinquet. Et si gradiens per desertum leonem incurrerit. semetipsum redarguat dum in dyaboli faucibus deserit.

De differentia testamentorum

Capitulum xxij.

Quidam ideo non recipiunt vetus testamentum pro eo quod aliud in tempore prisco aliud agatur in nouo: Non intelligentes quod deus quid cuiq; congruerit tempori in cognita quadam distributione concesserit. sicut in lege imperat nuptias. in euangelio virginitatem commendat. in lege oculum pro oculo auferre. in euangelio alteram prebere percutienti maxillam. Sed illa pro tempore fragili. populo. ista vero perfecto. vtraq; tamen pro tempore sua queq; conuenientia comodans. Et tamen pro ista mutatione non est credendus deus mutabilis. sed pocius inde admirabilis predicandus est. quia manens incommutabilis quid cuiq; vt diximus tempori commodum fuit. magna cum distributione concessit. Sub veteri testamento minoris culpe erant peccata. quia in eo non ipsa veritas. sed vmbra veritatis ad erat. Nam in testamento nouo preceptis altioribus veritate manifesta facta quedam que in illo populo vmbre veritatis deseruierant. deserenda nobis precipiunt. Illic enim fornicatio et retributio iniurie permissa sunt: nec nocebant. In testamento

aūt nouo graui animaduersione damnantur si admittantur.

De symbolo et Oratione.

Capitulum xxiij.

Idei symbolum et dñica oratio pro tota lege puulis ecclesie ad celoꝝ regna sufficit capessenda. Omnis eīm latitudo scripturaꝝ in eadē oratiōe dñica et symboli breuitate cōcludit. Uñ et ꝓpħa Esayas dicit Abbreuiationē audiui a dño deo exercituū sup vniuersam terrā. Attēdite ⁊ audite eloquiū meū. Sed hec abbreuiatio. aut illud intelligitur quod dñs dicit oēm legem et ꝓphetas in duobus preceptis dilectionis dei et ꝓximi pendere. aut ꝓpter ipsam orationem dominicam vel symboli breuitatem in quibus vt predictum est oēm scripturaꝝ coartari cernimus latitudinē.

De baptismo et cōmunione.

Capitulum xxiiij.

Olam ecclesiam catholicā habere baptismū ad salutem Zacharias propheta testatur. In die inquit illa erit fons patens domus Dauid et habitantibus in iherusalem in ablutionē peccatoris et menstruate. Domus quippe Dauid et iherusalē xp̄i ecclesia est. in qua manat fons in ablutionē peccatoꝝ. Heretici aūt id solū imaginaria ostētatione faciūt. ideoqꝫ illis baptismus nō ad remissionē peccatoꝝ sꝫ ad supplicij testimoniū datur. Pro solo reatu originali iuunt in in ferno nuper nati infantuli penas si renouati per lauacrū non fuerint. Proinde qua cā nuper natus damnaẗ infans si non regeneraẗ::qꝛ originis noxietate perimiẗ. Cur puuli peccato originali carētes p baptismū et nec dum ꝓpriū habentes delictū a bestijs penisqꝫ ceteris laniantur. Hec igiẗ causa est. Baptismum eīm a pena eterna nō a presentis vite supplicio liberat. Et si a pena pn̄ti hoīes liberarenẗ p baptismū ip̄m putarent baptismi premium. non illud eternū. Ergo soluto reatu peccati manet tñ quedā tp̄alis pena. vt illa vita feruentius requiratur que erit a penis oībus aliena. Nullus negat fideliū etiā post baptismū quo peccata deleNẗ quotidie q̄ꝫ diu in isto seculo sumus ad deū nos debere cōuerti. Quod

q̄uis sine intermissione sit quotidie agendum. non nunq̄ ta
men fecisse sufficiet. Qui in maternis vteris st̄. ideo cum ma
tre baptisare non p̄nt. quia qui natus ad bucem̄ adam non
est. renasci s̄m xp̄m non pōt. Neq̄ eñ dici regneratio in eo
poterit. quē generatio non precessit. Qui intra ecclesiam non
ex dignitate ecclesie viuunt. sz fidem quā verbo tenent operi
bus destruunt. de ipsis legitur: Multiplicati st̄ sup numerum.
vt subaudias in regno predestinatorū. Qui scelerate viuunt
in ecclesia et cōmunicare non desinunt. putantes se tali com
munione mundari. discant nihil ad emundationem sibi pro
ficere. dicēte Propheta: Quid est q̄ dilectus meus in domo
mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sancte auferent a te
malicias tuas? Et Apostolus: Probet inquit seipsum bo
mo. et sic de pane illo edat et de calice bibat.

De septem regulis. Ca. xxv

Septem esse inter cetera regulas locutionū sanctarū
scripturarū quidam sapiētes dixerūt. Prima regula
est de dño z eius corpeque de vno aut ad vnū loqui
tur atq̄ in vna p̄sona. mō caput modo corpus ostendit. sicut
Esaias ait. Induit me vestimēto salutari quasi sponsum de
coratū corona. et quasi sponsam ornatā monilibus suis. In
vna eñ p̄sona duplici vocabulo noiata. et caput. i. sponsum.
et ecclesiam. i. sponsam manifestauit. Proinde notandum in
scripturis. qñ specialiter caput describitur: qñ et caput et cor
pus. aut qñ ex vtroq̄ transeat ad vtrūq̄. aut ab altero ad alte
rū. sicq̄ q̄d capiti q̄d corpi cōueniat prudēs lector intelligat
Scda regula est de dm̄ corpe vero et p̄mixto. Nā videntur
quedā vni cōuenire p̄sone. qd tamē non est vnius. vt est illud.
Puer meus es tu israel. ecce deleui vt nubē iniquitates tuas.
et sicut nebulam peccata tua. cōuertere ad me et redimā te.
hoc ad vnū non cōgruit. Nam altera p̄s est cui peccata dele
uit cui dicit: puer meus es tu. et altera cui dicit: Conuertere
ad me redimā te. Qui si cōuertantur eorū peccata delentur.
Per hanc eñ regulā sic ad oēs loquitur scriptura. vt boni re
darguant̄ cum malis. et mali laudentur cū bonis. Sed q̄d
ad quē p̄tineat. qui prudenter legerit discet. Tercia regula est

de littera et spiritu.i.de lege et gratia.lege.ꝑ quā precepta fa
cienda admonemur.gratia ꝑ quā vt opemur iuuamur.vel ꝙ
lex nō tm̄ historice.sꝫ etiā spiritaliter sentienda sit. Namq́ꝫ et
historice oportet fidem tenere et spititaliter legē intelligere.
Quarta regula est de spē et genere.ꝑ quā ps pro toto.et totū
pro pte accipit̃.veluti si vni populo vel ciuitati loquatur de
us.et tñ intelligatur oēm cōtingere mundū. Nam licet aduer
sus vnā ciuitatē Babolonīā ꝑ Esayam ꝓphetam dñs cōmi
netur.tñ dum cōtra ecclesiam loquit̃ transit ad genus de spē.
et cōuertit cōtra totū mundū sermonē. Certe si nō diceret ad
uersus vniuersum orbem.nō adheret infra generaliter:et dis
perdam oēm terram.et visitabo suꝑ orbis mala.et cetera que
sequuntur ad internitionē mundi ptinentia. Uñ et adiecit:
Hocest cōsilium qd̄ cogitaui suꝑ oēm terram.et hec est ma
nus eius extensa suꝑ omnes gentes. Item post sub persona
babilonie arguit vniuersum mundū.rursus ad eandem quasi
de genere ad spēm reuertit̃. dicens que eidem ciuitati specia
liter cōtigerunt: Ecce ego suscitabo suꝑ eos medos. Nam
regnante Balthazar.a medis est obtenta babilonia. Sic et
in onus egipti ex ꝑsona eiusdem totum vult intelligere mun
dum.dicēdo: Et cōcurrere faciam egipcios aduersus egipci
os.regnū aduersus regnū.cum egiptus non multa regna.sed
vnū habuisse describitur regnum. Quinta regula est de tpi
bus.ꝑ quam aut ps maior tpis per ptem minorem aut ps
minor temporis per ptem maiorē inducit̃.sicut est de triduo
dñice sepulture. dum nec tribus plenis diebus ac noctibus
iacuerit in sepulcro. sꝫ tamē a pte totū triduū accipitur. Uel
sicut illud ꝙ quadringentis annis predixerat deus filios isra
hel in egipto seruituros.et sic inde egressuros.qui tamen do
minā̄te Joseph egipto dñati sūt.nec statim post quadringen
tos annos egressi sūt vt fuerat repromissum sed quadringen
tis triginta pactis ab egipto recesserūt. Est et illa de tpibus
figura ꝑ quā quedam que futura sūt quasi iam gesta narrant̃.
vt est illud: Foderūt manus meas et pedes meos. dinumera
uerūt omnia ossa mea.et diuiserūt sibi vestimenta mea.et his
similia.in quibus futura tanq́ꝫ si iam facta sint ita dicuntur.

Sed cur que adhuc facienda erāt iam facta narrant? Quia que nobis adhuc futura ſtꝫ. apud dei eternitatē iam facta ſtꝫ. Qua ꝓpter qn̄ aliquid faciendū eſſe pronunciat̄ ſm nos dicitur. qn̄ vero que futura ſtꝫ iam facta dicuntur ſm dei eternitatē accipienda ſtꝫ. apud quē iam omnia facta ſtꝫ que futura ſunt. Sexta regula eſt de recapitulatione. Recapitulatio em̄ eſt dum ſcriptura redit ad illud cuius narratio iā tranſierat. ſicut cū filios filioꝝ. Noe ſcriptura cōmemoraſſet. dixit illos fuiſſe in linguis et gentibus ſuis. et tamen poſtea quaſi hoc etiam in hoc ordine temporꝝ requiritur: Et erat inquit oīs terra labium vnū. et vox vna omnibus erat. Qūo ergo ſm ſuas gentes. et ſm ſuas linguas erant. ſi vna lingua erat oībus niſi quia ad illud qđ iam tranſierat recapitulando eſt reuerſa narratio. Septima regula eſt de dyabolo et eius corpore. qꝛ ſepe dicunt̄ ipſius capitis. que ſuo magis cōueniunt corpori. ſepe vero eius videntur dicta membroꝝ et nō niſi capiti cōgruunt. Ex noīe quippe corporis intelligit̄ caput. vt ē illud in euangelio de zizanijs tritico admixtis. dicente dn̄o: Inimicus hō hoc fecit. hoīem ipm̄ dyabolū vocās. et ex noīe corpis caput deſignās. Item ex noīe capitis ſignificatur corpus. ſicut in euāgelio dicit̄: Duodecim vos elegi. ſꝫ vnus ex vobis dyabolus eſt. iudam vtiqꝫ indicās. qꝛ dyaboli corpus fuit. Apoſtata quippe angelus oīm caput eſt iniquorum. et huius capitis corpus ſtꝫ oēs iniqui. ſicqꝫ cū membris ſuis vnitus eſt. vt ſepe qđ copori eius dicit̄ ad eum pocius referatur. rurſum quod illi. ad membra iterum ipſius deriuetur.

De martirio. Capi. xxvi

Si ſeruus aduerſitate vlla non frangitur. ſed pro veritatis defenſione vltro ſe certamini offert nec vnqꝫ ꝓ veritate diffidit. Sepe ex diſcipulis ad martiriū eliguntur. qui ſuos doctores ad coronam precedunt. et qui ſtꝫ ordine poſtremi fiunt non nunqꝫ in certamine primi. Vir ſanctus vltro ſe in agone ꝓ certamine debet offerre iuſticie. ſed tamen ſi agonis fructum videt vberrimū non debet declinare laboris periculum. Et ſi maior eſt labor qꝫ animarū lu

crum.declinandus est labor.quē minimū comitatur augmen
tum. Utrum enī fecit Apostolus qui et periculis se vltro de
dit vbi maximū animaꝝ lucrum videt.et sapienter se periculo
abstulit in quo pociorē laborem q̄ȝ lucrum esse prospexit. Ul
tro se Paulus apud Ephesum periculis obtulit.qꝛ pocius
periculo lucrū vidit. Damasci aūt ideo a periculo subtraxit
semetipm̄ qꝛ nullum periculi ipsius arbitratus est fructum.
Disce quō se ad martiriū offerat quisq̄ȝ vltro. vel quō iuxta
sententiā dei cingatur ab altero.et quo nō vult ipse ducat̄.ni
si q̄ et ꝓpter gloriā futurā de certamīe iustus gaudet.et ꝓpter
passionis violentiā refugit subire qđ dolet. Accipe exemplū
adeundi sub trepidatiōe martirij.de vsu bellādi in quo exerci
tatus quisq̄ȝ in p̄lio et ꝑ audaciā certamē aggredit̄.et ꝑ timo
rem cunctatōe mouet̄. Jtē accipe exemplū martirij de repatio
ne humani corꝑis ad salutē. dum quisq̄ȝ et de spe repationis
gaudet.et de incisionibus seu amarissimis poculis meret.

De sanctorum miraculis.

Capitulum xxviij.

Et si apostolis virtus data est signorum ꝓpter fidem
gentiū nutriendā.ecclesie tn̄ data est virtus operum
ꝓpter eandem fidē ornandā. Et tn̄ in ipsis apostolis
plus erat mirabilis virtus operū q̄ȝ virtus singnoꝝ. Jta et
nūc in ecclesia plus est bn̄ viuere q̄ȝ signa facere. Q nūc eccle
sia nō ea miracula faciat que sub apostolis faciebat.ea cā est.
qꝛ tunc oportebat mundū miraculis credere.nūc vero iā cre
dentē oportet bonis operibus corruscare. Nam ideo tūc signa
fiebant exterius.vt interius fides roboraret̄. Jam in fide mi
racula quicūq̄ȝ requirit.vanā gloriā vt laudet̄ querit. Scrip
tum est enī: Lingue in signū st̄ nō fidelibus sed infidelibus.
Ecce signū non ē fidelibus necessariū qui iā crediderūt.sȝ in
fidelibus vt cōuertant̄. Nā paulus ꝑ non credentiū infideli
tate prēm Publij de infirmitate febriū virtutibus curat. In
firmantē vero Thimotheū fidelem.nō oratione.sȝ medicina
liter temperat.vt noueris miracula ꝑ incredulis nō pro fide
libus fieri. Anteq̄ȝ antixp̄us appareat.virtutes ab ecclesia et

signa cessabunt. quatenus eam quasi abiectiorem psequatur
audacius. Ob hanc vtilitatẽ cessabunt sub antixpo ab eccle
sia miracula et virtutes. vt p hoc sanctoꝝ clareat pacientia
et reproboꝝ qui scandalizabuntur leuitas ostendatur et pse
quẽtium audacia fortior efficiatur.

De anticristo et eius signis.

Capitulum xxviij.

Omnis qui ſm xpiane professionis normã aut nõ vi
uit.aut aliter docet.antixpus est. Plerique aũt antixpi
tpa non visuri sũt.et tamen in membris antixpi inue
niendi sũt. Añq̃ veniat antixpus multa eius mẽbra precesse
runt.et praue actionis merito caput ꝓprium preuenerũt.ſm
Apostoli sententiã qui iam iniquitatis misteriũ opari illum
affirmat etiã añq̃ reuelet'. Magnitudo signoꝝ fiet sub anti
xpo vt electi si fieri pt in errorẽ mittentur. Sz si electi:qũo
sũt in errorẽ mittendi? Ergo ibunt in errorẽ titubationis:ad
modicũ pro multitudine ꝓdigioꝝ.non tñ deiciendi sũt a sta
bilitate sua terroꝝ impulsu atq; signoꝝ. Unde et ideo ponit'
si fieri pt.quia electi perire non pñt.sed cito resipiscentes cor
dis errorem religione coercebunt.scientes predictum a dño
esse.vt dum hoc fecerint aduersarij. non cõturbentur sancti.
Tam mira facturus est prodigia et signa dum venerit anti
xpus. vt etiã electis quoddam cordis gignatur scrupulum.
qd tamen cito exuperet in illis ratio per q̃z scient in deceptio
nẽ reproboꝝ et electorum probationẽ eadem fieri signa. In
quo tpe p pacientiã gloriosi erũt sancti non p miracula.sicut
martires fuerũt priores. Illi eñ psecutores sustinebunt.et fa
cientes prodigia. Proinde et durius bellum sustinebũt.quia
non solũ contra psequentes.sed etiam cõtra miraculis corus
cantes dimicaturi sũt. Grauius sub antixpi temporibus con
tra ecclesiam deseuiet synagoga q̃z in ipso aduentu saluato
ris xpianos est psecuta. Dum in martires dyabolus iam exer
cuerit crudelitatẽ magnam etiã ligatus.crudelior erit tamen
antixpi tpibus.qñ etiam erit soluendus. Nam si tanta liga
tus facere potuit:quãta solutus faciet? Quanto ꝓpinquius

finem mundi dyabolus videt. tanto crudelius psecutiones exercet. vt qr se cōtinuo damnandū cōspicit. socios sibi multiplicet cum quibus gehenne ignibus addicatur. Quāto breue tempus videt sibi restare dyabolus vt damnetur. tanto in magna psecutionis ira mouetur. diuina iusticia permittente. vt glorificentur electi. sordidentur iniqui. et vt dyabolo durior crescat damnationis sententia.

De resurrectione. Ca. xxix

Inchoatio pacis sanctoꝝ est in hac vita nō pfectio: Tunc autē erit plenitudo pacis. dum ad dei cōtemplationem absorta carnis infirmitate conualuerint. Resurrectio mortuoꝝ vt Apostolus ait. in virum pfectum in mensuram etatis plenitudinis xpi futura est. in etate scz iuuentutis que profectu non indiget. et absq̧ inclinatione defectus in pfectione ex vtraq̧ pte et plena est et robusta. Quis nunc filioꝝ dei nomine homines fideles vocentur. tamen ex eo q hāc seruitutem corruptionis paciuntur. adhuc iugo seruitutis addicti sunt. accepturi plenam dei filioꝝ libertatem. dum corruptibile hoc induerit incorruptionem. Nunc deus per speculum agnoscitur. in futuro autem quisq̧ electus facie ad faciem presentabitur. vt ipsam speciem cōtempletur quā nunc per speculum videre conatur. In hac vita electorum numero ad dexteram pertinentiū. et reproboꝝ qui ad sinistram ituri sunt: ecclesiam dei compleri. in fine autem seculi zizania a frumento disiungi.

De iudicio. Capitulū xxx

Iudicij diem nouit xpus. sz in euāgelio dicere et scire discipulos voluit. Nā dum dicat idem dn̄s p pphetam. Dies vltionis in corde meo. indicat se nō nescire sz nolle indicare. De domo dn̄i. sicut scriptū est incipit iudiciū. qn̄ electi. i. domus dei hic pflagella iudicant. impij vero illic ad damnationē iudicādi st. Vn̄ et sequitur. Si aūt primū a nobis: quis finis eoꝝ qui nō crediderunt? Ad districti examen iudicis nec iusticia iusti secura ē nisi pietate diuina.

vt et ipsa iusticia qua quisqꝫ iustus est deo iustificāte iustificet. Alioqui apud deū ⁊ ipsa peccatū ē. Inde ē qḋ ait iob: Innocentē et impiū ipse cōsumet. Cōsumit quippe a deo innoxius. qn̄ ipsa innocētia liquidius requisita et diuine innocentie cōparata nihil efficitur nisi et ibi misericordie pietate hō iustificet. Cōsumitur itē a deo impius. qn̄ examinis diuini subtilitate requirit. eiusqꝫ detecta impietas iudicata damnatur. Cōsumit innoxius et impius simul fine carnis. nō pena damnationis. Doctus pariter et indoctus moriuntur. sꝫ morte carnis. nō pena damnationis. Omnia aūt ꝑgunt ad vnū locū. dum morte corꝑali in terrā et iustus et impius reuertuntur. Retributio aūt dissimilis secutiꝑ eundem Salomonem dr̄. Quid plus hꝫ sapiēs a stulto. nisi ꝙ illuc pergit vbi vita est? Ergo oēs in terrā pariter redeunti. Nā vbi vita est non pariter pergunt. Gemina punitur sententia impius. dum aut hic ꝓ suis meritis mentis cecitate ꝑcutitur ne veritatem videat. aut dum in fine damnabit vt debitas penas exoluat. Geminū est diuinū iudiciū. vnū quo et hic iudicant hoīes et in futuro. alterū quo ꝓpterea hic iudicant ne illic damnent. Ideoqꝫ quibusdā ad purgationē tꝑalis ꝓfecit pena. quibusdā ꝓo hic inchoat damnatio et illic ꝑfecta speratur ꝑditio. In iudicio reprobi humanitatē xp̄i in qua iudicatus est videbūt vt doleant. diuinitatē vero eius nō videbūt ne gaudeant. Quibus em̄ diuinitas ostenditur. vtiqꝫ ad gaudiū demonstratur. Pro diuersitate cōsciaꝝ et mitis apparebit in iudicio xp̄us electis. et terribilis reprobis. Nam qualē quisqꝫ cōscientiam tulerit. talē et iudicē habebit. vt manente in sua tranquilitate xp̄o. illis solis terribilis appareat quos conscientia in malis accusat. Due sꝫ differētie vel ordines hoim in iudicio hoc est electoꝝ et reproboꝝ. qui tn̄ diuidunt in quatuor. Perfectoꝝ ordo vnus est qui cū dn̄o iudicat. et alius qui iudicat. vtriqꝫ tamē cum xp̄o regnabunt. Similiter ordo reproboꝝ ꝑtitur in duobus. dum iniqui intra ecclesiam sꝫ mali iudicandi sꝫ et damnandi. qui vero extra ecclesiam inueniendi sꝫ. non sꝫ iudicandi. sꝫ tm̄ damnandi. Primus igit ordo eoꝝ qui iudicantur et pereunt. oꝑponitur illi ordini bonoꝝ de quo sꝫ qui iu

dicantur et regnant. Secundus ordo eorum qui non iudicantur et pereunt. opponitur illi ordini perfectorum in quo sunt hi qui nō iudicant et regnāt. Tercius ordo eorum qui iudicantur et regnāt. illi ordini ē cōtrarius de quo sunt qui iudicantur et pereunt. Quartus ordo eorum qui nō iudicantur et regnāt: opponitur illi cōtrario ordini in quo illi sunt qui non iudicantur et pereunt.

De gehenna. Capitulum xxxi.

Duplex damnatorum pena est in gehenna. quorum et mentem vrit tristicia. et corpus flāma. iusta vicissitudine. vt qui mēte tractauerūt quod perficerent corpore. simul et aīo puniantur et corpore. Ignem gehenne ad aliqd lumē habere et ad aliqd non habere. hoc est habere lumē ad damnationē vt videant impij vñ doleāt. et nō habere ad cōsolationē ne videant vñ gaudiāt. Apta sit cōparatio de camino triū puerorum ad exemplū ignis gehenne. Nam sicut ille ignis nō arsit ad triū puerorum supplicium et arsit ad cōburenda ligamina vinculorum: ita ignis gehenne et lucebit miseris ad augmentū penarum. vt videant vñ doleāt. et nō lucebit ad cōsolationē. ne videant vñ gaudeāt. Inter huius vite et future infelicitatis miseriā multa discretio est. Illic eñ et miseria est propter cruciationē dolorum. et tenebre propter lucis auersionē: quorum vnū in hac vita. id est miseria est. aliud nō est. in inferno aūt vtrumque est.

De penis impiorum. Ca xxxij

Sicut fasciculi lignorum ad cōbustionem de similibus colligantur: ita in iudicio dei similis culpe rei suis similibus iungentur. vt ex equo pena constringat q̄si in fasciculū. quos actio similes fecit in malū. Sicut vnusquisque sanctus in futuro iudicio pro quātitate virtutū glorificabitur. ita vnusquisque impius pro quātitate facinorum cōdemnabitur. nec de erit in supplicio futuro damnationis ordo. sed iuxta qualitatē criminū discretio erit penarum. propheta firmante: De carorum quoque suorum supplicijs additur etiā pena defunctis. sicut apud inferos diuitis sermo predicat euangelicus. sicut pro augēdo inde supplicio dicit etiam psalmus: Cōmotione moueantur filij eius et mendicent. Impij ex hoc durius in iudicio

Damnatorum pena duplex in anima et in corpore etc.

puniendi sunt mentis dolore. ex quo visuri sꝫ iustos. glorie beatitudinē meruisse. Cunctis videntibus est precipitandus dyabolus. qñ sub aspectu oim bonoꝝ angeloꝝ et hoim cum eis qui de pte eius erunt in ignē eternū mittendus est. Dum sublatus fuerit diabolus vt damnetur. multi electi qui in corpore sꝫ inueniendi dño ad iudiciū veniente metu cōcutiendi sꝫ. videntes tali sententia impiū esse punitū. quo terrore purgandi sꝫ. quia si quid eis ex corpe adhuc peccati remanserit. metu ipso quo diabolum damnari cōspiciunt purgabuntur. Hinc est qđ ait Job: Cum sublatus fuerit timebunt angeli et territi purgabuntur. Multos posse perire ex eis in die iudicij. qui nūc electi esse videntur et sancti. dicente ꝓpheta. Vocabit dñs iudiciū ad ignē et deuorabit abissum multam et comedet ptem domus. Pars quippe domus deuorabitur. qꝛ illos etiā infernus absorbebit qui nunc se in preceptis celestibus gloriantur. de quibus dñs dicit. Multi dicent mihi in illa die. Domine domine nōne in nomine tuo ꝓphetauimus. et in nomine tuo demonia eiecimus. et virtutes multas fecimus: Tunc cōfitebor illis. quia nunq̃ꝫ noui vos. Discedite a me qui operamini iniquitatem. nescio qui estis.

De gloria scōꝝ. Ca. xxxiiij

On faciet in futurū cor miserum iustoꝝ ex cōpassione damnatoꝝ cōdolendi affectio. vbi tantū erit scōꝝ de dei cōtemplatōe gaudiū. vt tristice nullus tribuatᷣ introitus. Sicut cōparatus color candidus nigro colori fit pulchrior. ita et scōꝝ requies cōparata damnationi maloꝝ glosior erit. Sic iusticia in iusticie. sic virtus vicio. Crescit ergo scōꝝ gloria. dum debita damnantur impij pena: Post resurrectionē sanctis in carne promissa est celoꝝ ascensio. dicente ad patrem xp̄o: Volo vt vbi sum ego. et ipsi sint mecū. Si eñ membra capitis sumus. et vnus in se et in nobis est xp̄us vtiq̃ꝫ vbi ipse ascendit. et nos ascensuri sumus.

Finit liber primus Sancti Isidori hyspalensis episcopi. De summo bono.

¶Incipit secundus liber de summo bono eiusdem.

De sapientia. Capitulū pri.

Omnis qui scđm deum sapiens est: beatus
est Beata vita cognitio diuinitatis ē. Cog
nitio diuinitatis virtus boni opis est. Vir
tus boni opis fructus eternitatis est. Nul
lus aūt magis sapiēs q̄ quē docuerit deus.
Excelsior est rebus oībus sapientia. nec esse
potest vlla iusticia sine prudentia. Qui ēm seculū sapiens est.
scđm deū stultus est. Vñ et ꝓpheta: Stultus inquit factus
est omnis hō a scientia sua. Primū est scientia studiū quere
re deū. deinde honestatē vite cum innocentie ope. Nullus sa
pientiā dei plene recipit. nisi qui se ab oī abstrahere actionū
cura cōtendit. Vñ et scriptū est. Sapientiā scribe in tpe ocij:
et qui minoratur actu ipse ꝑcipiet eam. Nō ad ꝑue intelligen
tie arcem peruenit. qui scit secreta dei se penetrare non posse.
Tunc aūt deū recte cognoscimus: qñ eum ꝑfecte scire nō de
negamus. Interdum quedā nescire cōuenit. Nullus aūt in
culpa maior est. q̄ ille qui deū nescit. Inuestigationē veri mul
toꝝ est querere. sed paucoꝝ est inuenire. Ea autē que supra
hois intelligentiam sunt: scrutanda non stꝫ. Quicquid supra
hois intellectū est. querendum non est. Consilio aūt diuino
seruandum est. vt hoc credatur esse iusticia. quod diuine pla
cuerit voluntati. Non eñ poterit esse in iustum: qđ iusto cō
placet iudici. Omnis sapientia ex scia et opinatione cōsistit.
melior est aūt ex scia veniens q̄ ex opinatione sententia. Nā
illa vera est. ista dubia. Ad maioris culpe cumulū ꝑtinet scire
quemq̄ quod sequi debeat et sequi nolle qđ sciat. Unde et
dñs: seruus inquit sciens voluntatē dm̄ sui et non faciens.
digne plagis vapulabit multis. Et iacobus. Scienti inquit
bonū et nō facienti peccatum est. Simplicitatem cū ignauia
vocari stulticiam. simplicitatē vero cum prudentia vocari sa
pientiam. Utile est multa scire et recte viuere. Qꝫ si vtrumq̄
non valemus. melius est vt bñ viuendi studiū q̄ multa scien
di sequamur. Non ꝑtinere ad beatitudinē cōsequendā scien
tiam rerū. nec esse beatum multa scire. sed esse magnū beate

viuere. Nihil prodesse hominē scire prudentiā cum ignorantia dei. et nihil obesse scientibus deū. ignorantiā mūdi. Perfecte aūt scit qui prius deū et ista non pro se sed pro deo scit. Nihil obesse cuiq; si p simplicitatem aliqua de elementis indigne sentiat. dummō de deo. vera pronunciet. Nam q̄uis de incorporeis corporisq; naturis nequeat quisq; disputare. beatum tamen illum facit vita recta cum fide.

De fide. Capitulum ij.

Non posse ad veram beatitudinem puenire nisi per fidem. Beatū aūt esse qui et recte credendo bn̄ viuit et bn̄ viuēdo fidem rectā custodit. Deus si creditur. merito inuocatur et queriꝭ. ac p hoc tunc pfecte laudatur. qn̄ inuocaꝭ et creditur. Non tm̄ id credendū est qđ sensu carnis dinoscimus. s; magis etiā qđ intellectu mentis cōspicimus id est deū. Sine fine nemo p̄t placere deo. Omne em̄ qđ nō est ex fide. peccatū est. Fides nequaq; vi extorqueꝭ. s; ratione atq; exemplis suadeꝭ. A quibus aūt exigiꝭ violenter. pseuerare in eis non p̄t. exemplo vt ait quidā nouelle arboris: cuius si q̄s cacumen violenter impresserit et demū dum laxatur in id qđ fuerat confestim reuertiꝭ. Sicut hō libero arbitrio cōditus sua spōte diuertit a deo. ita ex ꝓpria mentis cōuersione credendo recurrit ad deū. vt libertas agnoscatur arbitrij per ꝓpriam voluntatē ⁊ beneficiū gratie p acceptā fidei veritatē. In corde respicit deus fidem. vbi se non pn̄t hoīes excusare: qui ore simulant veritatis ꝓfessionē et corde retentāt erroris impietatē. Sicut nihil proficit fides que ore retineꝭ et corde non crediꝭ. ita nihil profutura est fides que corde teneꝭ si ore non profiteaꝭ. De tali em̄ fide ꝓpheta ita quosdam obiurgat dicens. Perijt fides. ablata est de ore eoꝝ. Fides em̄ que corde creditur. cōfessione oris ad salutē ꝓfertur. Uacuā esse sine operibus fidem. et frustra sibi de sola fide blanditur qui bonis operibus nō ornatur. Qui crucē portat. debet et mundo mori. Nā ferre crucē et mori. mortificare se ip̄m est. ferre et nō mori. simulatio ypocritaꝝ est. Qui p fidem cognitionē dei hn̄t et operibus obscuranꝭ. exemplū Balaā sequuntur qui cadens ope aptos oculos habuit p cōtemplationis fidē. Carnales.

fidem non ꝑ virtute animi. sz pro cõmodo querere tpali. Vñ et dñs dicit: Queritis me non q2 vidistis signa. sz q2 manducastis de panibus meis. Xpianus malus dum ſm Euãgelij doctrinã non viuit. etiã ipsam fidem quã verbo colit oborta tentatione facile perdit. Multi fide tm̃ xpiani sunt. ope vero a xpiana doctrina dissentiunt. Multi quoqꝫ fidem xpi ex corde nõ amant. sz humano terrore eandem ꝑ ypocrisim tenere se simulant. Et qui esse non pñt apte mali. per terrorem ficte boni noscuntur. Amatores mundi pugnant aliqñ pro fide et alijs quidem proficiunt. ipsi vero amore terreno implicati celestia non requirunt. sed ꝟbo tm̃ fidẽ defendunt. Quidam pro fide etiam hereticos insequuntur. sed per arrogantiã eos qui intra ecclesiam st꞉ cõtemnunt. Aduersarios quidẽ fidei cõfutant pro infidelitate. sed fideles premunt fasce supbie.

De charitate. Capitulũ iij

Quamuis nõnulli fide atqꝫ opibus sanctis eẽ videantur ꝑticipes. tamẽ q2 priuantur a caritate fraterne dilectionis. nullũ hñt incrementũ virtutis. Nam sicut ait Apostolus: Si tradidero corpus meũ ita vt ardeam. caritatẽ aũt non habuero. nihil mihi prodest. Sine amore caritatis ꝗ̃uis quisqꝫ recte credat. ad beatitudinẽ puenire non põt. q2 tanta est caritatis virtus. vt etiam ꝓphetia et martiriũ sine illa nihil esse credant᷑. Nullum premiũ caritate pensatur. Charitas eñ virtutum oĩm obtinet principatum. Vñ et vinculum ꝑfectionis caritas ab Apostolo dicitur. eo q᷑ vniuerse virtutes eius vinculo religent᷑. Dilectio dei morti cõparatur. dicente Salomone: Ualida est vt mors dilectio. idcirco q2 sicut mors violenter separat animã a corpore. ita et dilectio dei violenter segregat hominẽ a mundano et carnali amore. Qui dei precepta cõtemnit. deũ non diligit. Neqꝫ eñ regem diligimus. si odio leges eius habemus. Tenenda est cũ sanctis viris vnitas caritatis. et quãto se quisqꝫ subtrahit mũdo. tanto opus est. vt se associet bonoꝝ cõsortio. Charitas in dilectione dei et proximi constat. seruat autẽ in se dilectionem dei qui a caritate non diuidit᷑ proximi. Qui a fraterna societate secernitur a diuine caritatis ꝑticipatione priuatur. Nec

poterit deũ diligere. qui noscitur in proximi dilectione errare. Xp̃us deus est et hõ. Totũ ergo xp̃m non diligit qui hoĩem odit. Bonorum discretio est nõ odire personas. sed culpas. et recta dicta pro falsis nõ spernere. sed pbare. Qui imperfecti in dei sunt amore. sepe se a vicijs separe disponunt. sed pondere viciorum grauati. rursus ad ea vicia que optant relinquere reuoluuntur.

De spe. Capitulum iiij.

Qui male agere nõ desistunt. vana spe indulgentiã de dei pietate requirũt. Quã recte quererẽt. si ab actione praua cessarẽt. Metuendũ valde est vt neqz per spẽ venie quã promittit deus. perseueranter peccemus. neqz quia iuste peccata distringit veniã desperemus. sed vtroqz periculo euitato et a malo declinemus et de pietate dei veniã speremus. Oĩs quippe iustus spe et formidine nitet. quia nunc illum ad gaudiũ spes erigit: nunc ad formidinem terror gehenne adducit.

De gratia. Capitulum v.

Nterdum peccantibus nobis deus dona sua nõ retrabit. vt ad spẽ diuine propiciationis mens humana cõsurgat. Nam non pt cõuersum spernere. qui peccantem suis beneficijs prouocat ad se redire. Cõfessionem hoĩs nõ esse humane virtutis. Nam si cõfessionem boni operis non in nobis deus operatur. cur per Prophetã dicitur: cõfessio et magnificẽtia opus eius? Ab illo enĩ nobis oĩa bona gratia preueniente donantur. Nam nihil boni operis dedimus. per quod confessionem fidei accipere meremur. Profectus hoĩs donũ dei est. Nec a se pt quisqz sed a dño corrigi. Non enĩ quicqz boni habet propriũ homo: cuius via nõ est eius. testante Propheta: Scio dñe quia nõ est hoĩs via eius. nec viri est vt ambulet et dirigat gressus suos. Sciant liberi arbitrij defensores nihil posse hoĩes in bonũ sua preualere virtute. nisi diuine gratie sustententur iuuamine. Unde et per Prophetã dñs dicit. Perditio tua israhel. tñ in me auxilium tuũ. quasi diceret. vt pereas tuo merito. vt saluẽris meo auxilio. Hominis meritũ superna gratia. nõ vt veniat inuenit. sed postqz venerit facit: atqz ad indignam mentem veniens facit in ea meritum

Jlle eñi sapit qui recte et scd̃m deũ sapit. Jn suã ducũt cõtu meliam doctores. si dum sint ab eis dicta sapienter. nimiũ tñ eloquenter. Horret eñi sapientia spumeũ verbo℞ ambitũ ac fuco mundialis eloquentie inflatis sermonibus p ornatum. Quidam curiosi delectant̃ audire quoslibet sapientes. nõ vt veritatẽ ab eis querant. sꝫ vt facundiã sermonis co℞ agnoscãt. more poeta℞. qui magis cõpositionẽ verbo℞ q̃ꝫ sententiã veritatis sequuntur. Qui bonũ sine caritate dicit. tãq̃ꝫ es aut cymbalũ sonũ facit alijs. ipse tñ sibi manet insensibilis. Quadrũnoda est dicẽdi ratio. qua preuidendũ est: quid cui qñ. vel qũo aliquid proferatur. Jtẽ quadrimoda est dicendi rõ. qua aut bñ sentiendo quid bñ proferatur. aut nil sentiendo nil dicitur. aut parũ sentiendo loquacitas sola ostentatur. aut optime sentiendo nõ eleganter ꝓfertur qd̃ intelligit̃. Jtẽ quadripartita est loquendi ratio. qua vel bonũ bene. vel malũ male. seu bonũ male. vel malũ bñ profert̃. Bonũ quippe bñ loquit̃. qui ea que recta sũt humiliter annũciare videt̃. Malũ male loquit̃. qui quodlibet flagiciũ ꝑsuadere conatur. Bonũ male loquit̃. qui quodcũq̃ꝫ rectũ arroganter predicare sentit̃. Malum bñ loquitur. qui aliqd̃ narrando viciũ detestat̃. vt ab eo hoĩes aduertant̃. Corde bñ loquitur. qui caritatem non dissimulat. Ore bñ loquitur. qui veritatẽ annũciat. Factis bñ loquit̃. qui alios bonis exemplis edificat. Corde male loquit̃. q̃ interius cogitationes noxias meditat̃ et cogitat. Lingua male loquit̃ qui ꝓ eo ꝙ male agit flagellat̃ et murmurat. Factis male loquit̃. q̃ male viuẽdo exemplis suis alios ad praue viuendũ informat. Semel bñ loquit̃. qui se penitendo redarguit. Bis bñ loquitur. qui bñ viuendo et alios instruit. Semel male loquit̃. qui post vicium cito nõ corrigitur. Bis male loquitur. qui male viuit et male docet. Jtẽ bis male loquitur. qui et male cogitat et male refert cogitata. Jtẽ bis male loquit̃ qui et bonum quod debuit nõ egit et malũ quod non oportebat admisit. Mali mala rñdent pro bonis. et aduersa ꝓ optimis. Boni bona respondent ꝓ malis. et prospera pro aduersis. Aduersus cõuiciũ lingue. fortitudo adhibẽda ẽ pacientie. vt tentationis ṽba que foris impugnãt tolerantie virtute deuicta discedant. Non oĩs qui patit̃ probra iustus est

sed qui pro veritate ab alijs innocens patitur: ille tm̄modo iustus est. Inter vituperationis lingue et opprobria hominū isto se remedio mens iusti corroborat. vt tāto solidius in deum figatur interius. quāto exterius ab humanis spernitur sensibus. Qui illatas sibi cōtumelias trāquillo aīo prodit. dolorē cordis aperit. et virus quod feruet in aīo facile reijcit. Uulnera em̄ mentis apta cito exhalant. clausa nimis exulcerant. Qui dolorē iniurie clauso pectore tegit. quāto amplius p silentium linguā premit. tanto acriorem dolorē intrinsecus nutrit. Uñ et vere quidā poetaꝝ gentilium dixit: Quoqꝫ magis tegitur. tectus magis estuat ignis. Lecus em̄ languor vehemens est ac nimius. qꝛ tacitum viuit sub pectore vulnus.

De mendatio. Capi. xxx.

Mendaces faciunt vt nec vera dicentibus credatur. Reddit em̄ sepe hoīem multa falsitas etiā in veritate suspectū. Sepe vera promittit qui falsa dicturus ē. vt cū primū. acquisierit fidē. ad reliqua mendatia audientes credulos faciat. Multis videntur vera esse q̄ falsa sūt. et ideo non ex deo. sꝫ ex suo mendatio loquuntur. Nonnūqꝫ falsitas veriloquio adiungitur. et plerūqꝫ a veritate incipit qui falsa cōfingit. Latēt sepe venena circūlinita melle verboꝝ. et tam diu deceptor veritatē simulat quousqꝫ fallendo decipiat. Nō nūqꝫ peius est mendaciū meditari q̄ꝫ loqui. Nā interdū quisqꝫ incautus solet ex precipitatione loqui mendaciū. meditari aūt non pt̄ nisi p studiū. Grauius ergo ille ex studio mentiri phibetur. q̄ꝫ is q̄ ex precipitatione sola mentit̄. Summope cauendū est oē mendacium q̄uis non nūqꝫ sit aliqđ mendacij genus culpe leuioris. si quisqꝫ pro salute hominū mentiatur. Sed scriptū est: Os qđ mentitur occidit animā. et pdes eos qui loquuntur mendaciū. Hoc quoqꝫ mendacij genus pfecti viri summope fugiunt. vt nec vita cuiuslibet p eoꝝ fallatiam defendatur. ne sue anime noceant. dum prestare aliene carni nituntur. q̄ꝫq̄ꝫ hoc ipsum peccati genus facillime credamus relaxari. Nam si quelibet culpa sequēti mercede purgat̄ quāto magis hec. facile abstergitur quam merces ipsa comitatur. Multa mentiuntur multaqꝫ fingunt hoīes ꝓpter humanā

laudem sicq3 fit vt et isti mentiendo pereant.et eos quos laudant ad vane glorie ruinam pducant. Sicut bn̄ sibi cōscius nō metuit aliene lingue cōuicium.ita et qui laudať ab alio.nō debet errorem aliene laudis attendere.sed magis vnusquisq3 testimonium cōscientie sue querat.cui plus ipse presens est q̄3 ille qui eum laudat. Opus em̄ suū vnusquisq3 probet.vt ait: Aplus et tūc in seipso tm̄ quisq3 gloriā habebit.i:occulte in sua ↄscia.non palā in aliena lingua. Perfecti qui alta radice fundati sꝫ et si flamine laudis ac vituperationis vt cūq3 q̄si ventoꝝ interdum curuentur in pulsu.funditus tn̄ non deijciuntur sꝫ ptinus firmitate radicis ad se redeunt. Bona mens ad malū nec premijs nec terroribus vincitur. Nā iniqui terrorē blādicijs miscent.vt aut oblectatōe quēq3 decipiant.aut terroribus frangūt. Qui laudať inauditoꝝ amore inserit.sꝫ si veraciter et nō ficte laudeť.hoc est si vera sꝫ que de illo dicunť.

De iuramento Capi.xxxi

Sicut mentiri non p̄t qui non loquiť.sic p iurare non poterit qui iurare nō appetit. Cauendam igiť esse iurationē.nec ea vtendum nisi in sola necessitate. Non est cōtra preceptū iurare sꝫ dum vsum iurādi facimus.piurij crimē in currimus. Nūq3 ergo iuret qui piurare timet. Multi dū loquuntur.iurare sp delectanť.dum oporteat hoc tm̄ esse in ore.est est nō non. Amplius eīn̄ q̄3 est et non est.a malo est. Multi vt fallant piurant.vt p fidem sacramenti fidē faciant pbi.sicq3 fallēdo dum piurant et mentiunť.hoīem incautum decipiunt. Interdum et falsis lachrimis seducti decipimur:et crediť dum plorant quibus credendū non erat. Plerūq3 sine iuramēto loqui disponimus.sꝫ incredulitate eoꝝ qui nō credunt qđ dicimus iurare cōpellimur.taliq3 necessitate iurandi cōsuetudinē facimus. Sunt multi ad credendū pigri qui nō mouentur ad fidē verbi. Grauiter aūt delinquunt qui sibi loquētes iurare cogunt. Quacūq3 arte verboꝝ quisq3 iuret.deus tn̄ qui cōscie testis est ita hoc accipit.sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciť aūt reus fit qui et dei nomē in vanū assumit et proximū dolo capit. Non est obseruandū iuramentū

quo malum iacaute promittitur. veluti si quispiam adultere ꝑpetuo cum ea permanendi fidem polliciatur. Tolerabilius est eñ non implere sacramentū q̃ȝ permanere in stupri flagicio. Iurare dei est illa ꝓuidentia qua statuit nō cōuelle statuta. Penitentia aūt dei rerum mutatio est. nō penitere autem: statuta non reuocare. vt est illud: Iurauit dominus et non penitebit eum. id est que statuit non mutabit.

De vicijs. Capitulū xxxij

Ecedens hō a deo statim. vicioꝝ tradit᷑ potestati. vt dum patit᷑ infesta vicia. reuertendo vñ ceciderat resipiscat. Et si sancti toto animi nisu cōtendunt sꝑare vicia nec extinguunt. q̇d agunt hi qui non solū nō odiunt vicia. sȝ toto ea amore sectantur. Satis delicate se palpat qui vult sine labore vicia sꝑare. dum peccati legē q̃ȝ sibi deseruiendo vicijs fecit. sine violentia doloris resecare nō possit. Perfecte renunciat vicio qui occasionē euitat in ꝑpetrando peccato. Nam si velis tm̄dem nō peccare et data occasione peccaueris. tu tibi et reus et iudex es. q̇ et cōmissa damnas et damnata cōmittis. Se aūt iudice reus est. qui vicia et accusat et ꝑpetrat. Quedā vicia dum nō ꝑfecte vitant᷑. suos in se faciūt relabi auctores. Nam si vnū viciū districte vitetur et alia negligant᷑. inanis labor est. Non eñ p̄t in vnius obseruatione virtutis fortiter ꝑdurare. cuius alia vicia dominant᷑ in corde. Nonnūq̃ȝ hoīem sua vicia ꝑsequunt᷑. qꝛ nimirū qui prius volēdo ea sibi fecit socia. postea sentit esse nolēs stimulosa. Nōnulli non antea in errorē vicioꝝ labunt᷑. nisi prius interioris rōnis ꝑdiderint oculos: sicuti Sampson non antea ab allophilis ad erroris ligatus ē machinā. nisi postq̃ȝ ei sīt lumina oculoꝝ extincta. Quidā vegetati mentis rōe vicioꝝ superant᷑ incursu. sicq̃ȝ deinde intentionē bonoꝝ operum ꝑdunt. sicut rex Babilonis ī oculis Sedechie prius filios ipsius interfecit. ⁊ sic postea oculos eius euulsit. ac ꝑ hoc post maloꝝ opeꝝ cōsuetudinē. et interemptionē bonoꝝ. perit quorundā et rō.

Quod ex vicijs vicia. et ex

virtutibus virtutes oriuntur. ¶ Capitulum xxxiij.

Ic gignuntur ex peccato peccata: vt dum nõ euitantur pua. incidatur in maximis. et dum defendunt admissa neclamentant. ex flagicio ad supbiam itur. Unñ fit vt et duplicati sit criminis reus qui et admittit scelera p voluntatẽ et defendit ea p cõtumatie tumorẽ. Sic vicio viciũ gignitur. sicut vtus virtute cõcipit. Ex vicio em̃ gignitur viciũ. sicuti. Dauid q̃ dum non euitauit ad vlteriũ. ppetrauit et homicidiũ. Itẽ virtus virtute cõcipit. sicut p veritatẽ Euãgelice pdicationis virtutẽ martirij Apostoli meruerũt. In cordibus seculariter viuentiũ inuicẽ sibi succedũt vicia. vt dum vnũ abierit succedat aliud. iuxta Iobel pphete testimonium qui ait: Residuũ eruce comedit locusta. et residuũ locuste comedit brucus. et residuũ bruci comedit rubigo. Per id ergo ista sub vicioꝝ allegoria colliguntur. qꝛ sequit: Expgiscimini ebrij et flete. Aliqñ vtiliter peccat in minimis vicijs. vt maiora vtilius caueantur. Lege Paulum apostolũ. minora pmittentem peccata ne maiora ppetrentur. Ueraciter aũt sanant vicia que virtutibus et non vicijs excludunt. Quorundã aũt quedã latentia vicia tũc apparent. qñ ab alijs vicijs desinũt.

De male vsis virtutibus.

Capitulum xxxiiij.

Nterdũ et male vse virtutes ex se vicia gignũt. qđ fit p immoderatũ animi appetitũ cui non sufficit donũ qđ meruit nisi inde aut laudes aut lucra damnanda quesierit. Interdũ virtutes vicia gignunt. dum aliqñ pro tpe oportuno minime relaxant. sicqꝫ fit. vt que loco cõgruo virtutes sꝫ. incõgruo vicia deputent. veluti si p fratris aduentu canonicũ non soluat ieiuniũ. Uirtutũ igit discretionẽ a paulo aplo sume. qui ad tps egit qđ agendũ esse oĩno phibuit. Itẽ quedã virtutes dũ discretionẽ nõ seruãt. in vicia trãseunt. Nã sepe iusticia dum suũ modũ excedit. crudelitatꝫ seuitiã gignit. et nimia pietas dissolutionẽ discipline pturit. et celi studiũ dũ plus est q̃ꝫ oportet. in iracũdie viciũ trãsit. et multa mãsuetudo. corpis segniciẽ gignit. Prudentꝫ ãt viri discretio solent

prospicit.ne bonū intemperanter agat et de virtute in viciū
transeat. Itē apud quosdam ex virtute vicium gignitur.dum
quisqꝫ de castitatis ⁊ abstinētie meritis gl'atur. Nā et qui ele
mosinā vane gloria cā impartit ex virtute viciū facit. Sed et
his qui de sapientia arrogantiā habet.et qui pro iusticia pre
miū appetit. et qui aliquod donum dei qđ meruit in suā lau
dem cōuertit.aut in malus vsus assumit.procul dubio virtu
tem in viciū transfert. Hoies de virtutibus vicia nutriunt ex
quibus pereant. Iterꝫ deus arte potentissima ex nostro vicio
virtutes format.quibus nos ab iniquitate reformet.

De simulatis virtutibus.

Capitulum xxxv.

Uedam vicia spēs virtutū preferunt.ideoqꝫ pniciosi
us suos sectatores decipiunt. qꝛ se sub velamine vir
tutū tegunt. Nam vicia que stati virtutibus cōtraria
apparēt cito dum in palā venerint emendant. pter qđ sequa
ces eoꝝ de talibus criminibus erubescūt. Carnales aūt ple
rūqꝫ p in sensibilē mentis cecitatē nō agnoscūt viciū esse cul
pabile.qđ dignū videt damnatione. Itē quedam vicia spēs
virtutū esse vident.sed tū virtutes non sūt. Nam interdū sub
pretextu iusticie crudelitas agit.et putatur esse virtus: qđ ni
mirū est viciū.sicut et remissa segnicies māsuetudo esse credi
tur.et qđ agit torpens negligentia.putatur agere indulgētia
pietatis. Nonnūqꝫ etiā virtutē largitatis imitatur viciū pro
dige effusionis.et virtutē pcitatis tristis tenacitas imitatur.
et vicium ptinatie abscōditur sub virtute constantie. Item ti
mor sub spē obediētie occultatur.et dicit virtus humilitatis
quod tamen viciū est timoris. Sed et procacitas vocis pro
veritatis libertate accipitur. et viciū pigricie quietis virtutē
imitatur. Porro viciū inquietudinis virtutem se vult voca
ri sollicitudinis.et precipitationis facilitas feruor boni studij
creditur.et bene agendi tarditas cōsilij mora esse videt.dum
tamen ista sit virtus.illa viciū. Tali igit exemplo vicia spēs
virtutum imitantur.et tamen se nōnulli esse iustos cōfidunt.
vnde maxime reprobantur. Aptum exemplum vicioꝝ de la

tronis spē sumitur. Nam sicut ex insidijs latro prodit. secꝫ iter agentibus iungit. fingens se sociū donec decipiat improuisum. ⁊ dum subito eruperit ad exitū latro manifestus ostenditur. ita se miscent interdum periculose virtutibus vicia. quousqꝫ omnem operis efficatiam in suis vsibus rapiant. vt anima que sibi erat placens de virtutibus. deceptam se cōspiciat vicijs damnabilibus.

De appetitu virtutū. c. xxxvi

D virtutes difficile cōsurgimus. ad vicia sine labore dilabimur. Ista em̄ prona illa ardua sunt. Grandes em̄ sudores ꝑ petimur vt ad celum cōscendere valeamus. Queadmodū ad virtutū tendentes culmen non a summis inchoant. sed a modicis. vt sensum ad altiora ptingant. ita et qui delabunt ad vicia. nō statim a magnis criminibus incipiunt sꝫ a modicis assuescūt. et sic in maximis proruunt. Sicut paulatim hō a minimis vicij in maximis proruit. ita a modicis virtutibus gradati ad ea que stꝫ excelsa cōscendit. Qui aūt in ordinate virtutes cōprehendere nititur. cito periclitatur. Hec est causa in rerꝫ natura vt quecūqꝫ velociter ad ꝑfectum tendunt. sine dubio celeriter fineant. sicut herbe que tāto festinius pereunt q̄nto celerius crescunt. Et vero cōtra arbores alta radice fundate ideo ꝑdurant diuitius qꝛ gradatim ad profectum ꝑ veniunt. Nihil prodest ad mixto malo agere alter q̄d bonū. sed prius est cohibendū a malo deinde exercendū bonū. Hoc em̄ indicat ꝓpheta cū dixit: Quiescite agere peruerse. discite benefacere. Prius vicia extirpanda stꝫ in homine. deinde inserende virtutes. Nam coherere et coniungi non potest veritas cōmendatio. pudor cum petulantia. fides cum ꝑfidea. castitas cum incuria. Quedam sunt summe virtutes. quedam vero medie. Fides. spes. et charitas summe virtutes stꝫ. Nam a q̄bus habent. vtiqꝫ veraciter habentur. Alie vero virtutes medie stꝫ. qꝛ et ad vtilitatē et ad ꝑniciem possunt haberi. si de his arroganter quisqꝫ tumuerit vt pote doctrina. ieiuniū. castitas. scientia. siue temporales diuitie. de quibus scilicet et bene oparari possumus et male. Quisquis

ex deteriore iã melior esse cepit. caueat et de acceptis extolli virtutibus. ne grauius ꝑ virtutes corruat q̃ꝫ prius ex lapsu viciorꝫ iacebat. Quē deus iustificat ne iterꝫ se de virtutibus erigat. quedã illi virtutũ dona tribuit deus. quedã retrahit. vt dum mēs de hoc qđ hꝫ erigiꝛ. iterꝫ de hoc qđ nequaquã habere cognosciꝛ humilietur. Quisquis dona celestis gratie inspiratus ad virtutes erigitur. si forte moderantis dei manu aliqua aduersitate reprimitur. ne de acceptꝭ virtutibus attollatur frangi non debet. quia et hoc ipsum ꝙ plagis humiliatur equanimiter ferre procul dubio virtutis est magne.

De pugna virtutũ aduersus vicia. Capitulum xxxvij.

Hinc se viri sancti veracius a viciorꝫ colluuione detergũt. dum ab eis cõtra singula vicia virtutes singule opponunꝛ. Interdũ vicia cũ virtutibus ad vtilitatē cõfligunt. vt ipso certamine vel mens exerceaꝛ. vel ab elationis cõcursu animus restringaꝛ. Aduersus impetus viciorꝫ cõtrarijs virtutibus est pugnandũ. Cõtra luxuriam em̃. cordis est adhibenda mũdicia. cõtra odiũ dilectio ē preparanda. cõtra iracundiã pacientia ꝓponenda. Porro cõtra timorē fiducie adhibēda ē virtus. ꝯtra torporē. celi preliũ. Tristicie quoqꝫ gaudiũ accidie fortitudo. auaritie largitas. supbie humilitas opponenda est. sicqꝫ singule virtutes nascentia cõtra se vicia reprimũt. actentationũ motus virtute diuine caritatis extinguunt. Libidinē abstinentia domat. Nam q̃tum corpus media frangiꝛ. tãto mens ab illicito appetitu reuocaꝛ. Aduersus irã tolerantia dimicat. ira aũt semetipsam necat. sustinendo aũt pacientia victoriã portat. Tristicie merorē spes eterni gaudij supat. et quē turbata mens de exterioribus afficit. dulcedo interioris trãquillitatis lenit. Aduersus inuidiã preparetur caritas. et aduersus ire incendia mansuetudinis adhibeatur tranquillitas. Supbia aũt dyaboli imitanꝛ supbi. aduersus quã opponitur humilitas xp̃i. qua humilianꝛ elati. Principaliũ autē septem viciorꝫ regina et mater supbia est. eademqꝫ septem principalia multa de se parturiunt vicia. que

ita sibimet quadam cognatione iunguntur. vt ex altero alterum oriatur. Sicut princeps septem viciorum superbia nos eorum potestatibus subdit. ita xpus septiformi gratia plenus. a dominatu viciorum nos eruit et quos illa addicit septemplici vicio, iste liberat septiformis gratie dono.

De superbia. Capi. xxxviij

Omni vicio deteriorem esse superbiam. seu propter quod a summis personis et primis assumitur. seu quod de opere iusticie et virtutis exoritur. minusque culpa eius sentitur. luxuria vero carnis ideo notabilis omnibus est. quoniam statim per se turpis est. Et tamen pensante deo superbia minor est. Sed qui detinetur superbia et non sentit. labitur carnis luxuria. vt per hanc humiliatus et a confusione surgat et a superbia. Omnis peccans superbus est. eo quod faciendo vicia contemptui habeat diuina precepta. Recte ergo inicium omnis peccati superbia: quia nisi precesserit mandatorum dei inobedientia. transgressionis non sequitur culpa. Omnis superbia tanto in imo iacet. quanto in alto se erigit. tantoque profundius labitur. quanto excelsius eleuatur. Qui enim per propriam attollitur superbiam. per dei iusticiam inclinatur. Qui inflantur superbia. vento pascuntur. Unde et propheta: Omnes inquit pastores tuos pascet ventus. hoc est superbus spiritus. Qui de suis virtutibus superbiunt. ex ipsis iudicandi sunt operibus quibus pro virtutibus vtuntur. quia rem bonam non bona voluntate faciunt. Nam reuera sine humilitate virtus quelibet. et sine caritate in vicio deputatur. Merito superbie dyabolus a superna beatitudine corruit. Qui ergo de virtutibus attolluntur dyabolum imitantur. et exinde grauius corruunt quia de excelso labuntur. Superbia sicut origo est omnium criminum. ita ruina cunctarum virtutum. Ipsa est enim in peccato prima. ipsa in conflictu postrema. Hec enim prima aut in exordio mentem per peccatum prosternit. aut nouissime de virtutibus eijcit. Inde et omnium peccatorum est maxima. quia tam per virtutes quam per vicia humanam mentem exterminat. Ibi cadit superbia vbi et nascitur. vt non sit superbis aliud culpa aliud pena. sed ipsa culpa sit illis et pena. De superbia nascitur arrogantia. non de arrogantia nascitur superbia. Nam nisi precesserit occulta elatio mentis. non

sequitur aperta iactantia laudis. Ita ergo in culpa preponitur superbia arrogantie. sicut prefertur ex origine. Plerumqꝫ ad elationis. emendationem prouidentia dei aliquo casu nō nulli cadunt. pro quo lapsu reprehensi a semetipsis humiliter sapiant et de mulieribus dei laudari nō appetant. sed laudent deum a quo acceperunt vnde laudari se volunt. Utilius est arroganti in quocūqꝫ vicio labi et humilem post casum deo fieri. qꝫ p elationem superbire. grauioremqꝫ ruinam et damnationem per supbiam sumere.

De fornicatione. Ca. xxxix

Ex culpa supbie plerumqꝫ in ab hominandam carnis immundiciam itur. Nam alterū pendet ex altero. sed sicut per supbiam mentis itur in prostitutionem libidinis. ita per humilitatem mentis salua fit castitas carnis. Deus autem non nunqꝫ deijcit occultam mentis superbiam per carnis manifestam ruinam. Libidinis nasci immundiciam de animi occulta supbia. exemplo primi hois qui mox vt per superbiam contra deum tumuit. statim carnis libidinem sensit et pudenda operuit. Quapropter vnusquisqꝫ sue deputet culpe qꝫ cecidit quociens libidine vincitur. qꝛ nisi precessisset latens supbia: nō sequeretur libidinis manifesta ruina. Non nunqꝫ gemino vicio xp̄ianus a dyabolo appetitur. et occulto p elationē et publico p libidinem. Sed dum euitat quis libidinem. cadit in elationē. item dum incaute declinat elationē cadit in libidinē. sicqꝫ ex occulto vicio elationis itur in apertum libidinis. et de aperto libidinis itur in occultum elationis. Sed dei seruus discrete vtrumqꝫ pensans. sic cauet libidinē vt non incurrat elationē. et sic premit elationē vt nō resoluat animū ad libidinē. Luxuriosis atqꝫ supbijs demones plus fautores existunt. dumqꝫ in ceteris vicijs spiritus maligni deseruiant. his tñ maiori familiaritate iunguntur eisqꝫ amplius iuxta eoꝝ desideriū famulantur. Principaliter his duobus vicijs diabolus humano generi dn̄atur. id est supbia mentis et luxuria carnis. Un̄ et dn̄s in Job loquitur de dyabolo dicens: Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus. Per calamum em̄ inanis supbia. p loca vero

duobus vicijs dyabolus dn̄atur humano generi scilicet superbia mentis et luxuria carnis

humentia carnis demonstratur luxuria. Per hec em̄ duo vicia dyabolus humanū possidet genus. vel dum mentem in supbiā erigit. vel dum p luxuriā carnē corrūpit. Multi luxurie subditi sunt et cōtumaci supbia de ipso luxurie ope glorian tur. et inde magis elati sunt vnde humiliari debuerāt. Ad cōparationē mali fit deterius. qn̄ non solū flagitia cōmittuntur sed etiā de ipsis flagicijs vanitate laudis pditi extolluntur. sicut scriptū est: Qm̄ laudat peccator in desiderijs aīe sue. Quid em̄ peius q̄ in flagicijs miseros gaudere. de qbus iam debēt copiosius deplorare? Libido tūc magis querit dum videt. Nā sicut quidā sapiēs ait: Prima fornicationis oculo℞ tela sunt. scd̄a verbo℞. Sed qui nō capit oculis pt̄ verbis resistere. Sufficit natura vbi adhuc liber affectus est. Qui delectionē refrenat libidinose suggestionis. nō transit ad cōsensum libidinis. Cito em̄ resistit operi qui titillanti cōsensum nō accomodat delectationi. Durius impugnat qui vsq₃ ad cōsensionē et si nō vsq₃ ad ppetrationem tentatur. q̄ is qui sola suggestione pro cōditione carnis tentamentis sollicitat. Stimuli carnis qui in paulo. excitante sathane angelo inerant. ex lege peccati erāt. que in membris hominū de necessitate libidinis habitat. Quā reluctantem dum in se expugnat perficitur virtus. et de infirmitate libidinose titillationis virtutē suscipit gloriosi certaminis. Seruo dei multa certamina de sua carne mouentur. Nam q̄uis in amore dei cor sit incōcussa intentio. mens tamē in carne quā exterius gestat interna prelia tolerat. Deus aūt qui hec ad probationē pmittit grā protegente suos nō deserit. Ideoq₃ non nūq̄ electi lapsu carnali corruunt vt a vicio supbie qua de virtutibus tument sanent. Et qui de virtutū effectibus existunt supbi. vt cadant. carnis vicio humiliant vt surgant. Anteq̄ pficiat adulteriū in ope iam extat adulteriū in cogitatione. Ex corde em̄ primū fornicationes sunt auferende. et nō prorumpunt postea in ope. Hinc est qd̄ per pphetam dicit: Accingite lumbos vestros sup vbera vestra. hoc est. in corde libidines resecate que ad lumbos ptinent. Nam cor sub vberibus est nō in lumbis. Libidinis immoderata licētia nescit habere modū. nam dū se viciosus animus in explēda fornicatione. carne luxuriante laxauerit.

nihilominus ad alia nephanda scelera suadentibus demonibus transit dumque immoderate metas pudoris excesserit crimen criminibus adijcit. paulatimque ad deteriora procedit. Non ita suauis est amantium ymo amentium incerta carnis libido. sicut experta. nec ita delectat fornicatio dum primum cōmittitur. nam repetita maiorē delectionē ingerit. Jam vero si in vsum venerit. tāto pditis dulcior fit. vt supare difficile sit. Unde et sepe ex cōsuetudine delinquēdi. quasi captiui ad peccandū cum quadā violētia tradimur: sensusque nostros cōtra rectā voluntatē in nobis rebellare sentimus. Si plus oblectat mentem delectatio fornicationis quam amor castitatis. adhuc in hoīe peccatum regnat. Certe si amplius delectat pulchritudo intime castitatis. iam nō regnat peccatū. sed regnat iusticia. Nam nō solū de cōmissa fornicatione peccatū regnat in hoīe sed si adhuc delectatur. atque animū teneat proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulteriū est. fornicatio aīe seruitus ydolorum est. Est autem et spiritalis fornicatio secundum quod dñs ait: Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eam. iam mechatus est eā in corde suo. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur. quibus quisque diuersa turpitudinis voluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia. quibus regnū dei clauditur. et homo a deo separatur. Inter cetera septem vicia fornicatio maximi est sceleris. quia per carnis inmunditiā templum dei violat et tollens membrum xpi facit membrum meretricis. Maxime per carnis luxuriam humanū genus subditur dyabolo. quam per cetera vicia. Cum enim ille varijs tentamentis illectos hoīes conetur puertere: magis tamen mechandi desiderium suggerit. quia vtrumque sexum in hoc vicio amplius egrotare intendit. Demones scientes pulchritudinē esse aīe castitatē. et per hāc hoīem angelicis meritis equibus illi lapsi sunt coequari. liuore percussi inuidie inijciunt per sensus corporis opus desideriūque libidinis. quatenus a celestibus deorsum deiectā animā pertrahant. secūque quos vicerint gloriantes ad tartbara ducāt. Quādo impulsu demonū mēs ad delectationē fornicationis impellitur. diuini iudicij metus et eterni tormēta incendij añ oculos proponantur. quia nimirū oīs pena grauioris supplicij formidine superatur. Sicut enim clauus clauū expel

lit. ita sepe recordatio ardoris gehenne ardorē excludit luxurie. Quidā in iuuentute luxuriose viuētes. in senectute cōtinētes fieri delectantur. et tūc eligūt seruire castitati qn̄ eos libido seruos habere cōtemuit. Nequaq̄ in senectute cōtinētes vocandi sṫ. qui in iuuentute luxuriose vixerūt. Tales nō habent premium. q2 laboris non habuerūt certamen. Eos em̄ expectat gloria. in quibus fuerint laboriosa certamina.

De cōtinentia. Capitulū xl

Deo datur cōtinentia. s3 petite inquit et accipietis. Tunc aūt tribuitur. qn̄ deus gemitu interno pulsatur. Prelatam esse virginitatē nupcijs. Illud em̄ bonū. hoc optimū. Cōiugium cōcessum est. virginitas admonita tm̄. non iussa. Sed ideo tm̄ admonita. q2 nimis excelsa. Geminū est bonū virginitatis. q2 et in hoc mūdo solicitudinē seculi amittit. et in futuro eternū castitatis premium ꝑcipit. Uirgines feliciores sṫ in vita eterna Esaia testāte: Hec dicit dn̄s eunuchis: Dabo eis in domo mea et in muris meis locū. et nomen melius a filijs et filiabus. nomen sempiternū dabo eis qd̄ non peribit. Nec dubium q̄ qui casti ꝑseuerant et virgines. angelis dei efficiunt̄ equales. Amāda est pulchritudo castitatis cuius degustata delectatio dulcior inuenitur q̄3 carnis. Castitas em̄ fructus suauitatis est et pulchritudo inuiolata sanctoꝝ. Castitas securitas mentis. sanitas corporis. Unde et aliquos gentilium gymnicos legimus ꝑpetuam veneris abstinentiā exercuisse. ne virtutem libidine frangerēt. Luxuriosa namq3 vita carnē cito debilitat. fractāq3 celeriter ducit ad senectutē. Omne peccatū ꝑ penitentiā recipit vulneris sanitatē. virginitas aūt si labit̄ nullatenus reparat̄. Nam q̄3uis penitendo venie fructū ꝑcipiat. incorruptionē tm̄ nullatenus recipit pristinā. Uirgo carne non mente. nullū premiū habet in repromissione. Un̄ et insipientibus virginibus saluator in iudicio veniens dicit: Amē dico vobis nescio vos. Ubi em̄ iudicans mentē corruptam inuenerit. carnis procul dubio incorruptionem damnabit. Nihil prodest incorruptio carnis vbi nō est integritas mentis. nihilq3 valet mundū esse corpe eū qui pollutus est mente. Multi sṫ reproboꝝ qui

carnalis corruptele cōtagium nesciunt. qui sicut infecundi sūt corpore. ita steriles manent et mente. opis boni fecunditate: Qui recte de virginitate gauderent. si alijs prauis operibus nō inseruirēt. Qui cōtinentiā profitent et ab alijs terrenis desiderijs nō subtrahūt. quis hūc luxuria carnis nō polluat diuersa tn̄ mundane cōuersationis opatio maculat. Uirgines de suis meritis gloriantes ypocritis cōparantur. qui gloriā boni operis foris appetūt quā intra cōscientiā humiles habere debuerūt. Tales igit ad promissa celestia nō pueniunt. qr ipsi sibi virginitatis premiū p elationis viciū auferūt. Hoc ē em̄ in euāgelio nō habere virgines in vasis oleū. id est nō seruare intra cōscientiā boni opis testimoniū. sed in facie gloriari apud hoīes nō in corde apud deū. Ruina adulterij excipit de cōtemptu matrimonij. Meliusqȝ est vxorem ducere qȝ p libidinis ardorē perire. Quidā cōiugale decus nō pro gignēdis filijs delectantur. sȝ hoc pro turbulenta carnis et libidinosa cōsuetudine appetunt: sicqȝ bono male vtuntur. Uicia p se mala sūt: Cōiugia vero et ptātes p se quidem bona sūt. p ea vero que circa ea sūt mala existunt. Cōiugia em̄ p id mala sūt. p qd dicit Apostolus: Qui aūt cum vxore est. cogitat que mundi sunt: Et pp̄ter fornicationē vnusquisqȝ suam vxorem habeat. Sic et ptātes p elationē. per oppressionem. p iusticie quoqȝ preuaricationē male existunt. Nocent em̄ nuptie. nocent et ptātes. sed per id quod eis iuxta ponitur non per se. exemplo itineris recti iuxta qd sapientie nascuntur que surgentes elatere nocent eis qui recto itinere gradiuntur.

De cupiditate. Capi. xli

Non posse quēpiam spiritalia bella suscipere. nisi prius carnis edomauerit cupiditates. Non pōt ad contemplandū deū mens eē libera. que desiderijs huius mundi et cupiditatibus inhiat. Neqȝ em̄ alta cōspicere poterit oculus quē puluis claudit. Omni peccato peior est auaritia et amor pecuniarū. Unde et p Salomonē dicitur. Nihil est scelestius. qȝ amare pecuniam: hic em̄ animam suā venalē facit. qm̄ in vita sua proiecit intima sua. Cupiditas omnium criminū materia est. Unde et Apostolus ait: Radix oim ma

lorum cupiditas est. quã quidam appetentes errauerũt a fide. Si ergo succiditur radix criminũ. non pullulant ceteresobo les peccatoꝝ. Multi causa cupiditatis terrene etiã ipsam fi dem abnegauerũt. Cupiditas em̃ xp̃m vendidit. Nam et ple risqꝫ tantũ in rebus alienis est desideriũ. vt etiã homicidium ꝑpetrare nõ vereantur. sicut Achab qui appetitu cupiditatis sue sanguinis expleuit effusionẽ. Sepe iniqui mala que cõcu piscunt assequuntur quatenus de affectu mali desiderij forti us puniantur. Electos aũt suos deus nõ dimittit ire in desi derioꝝ maloꝝ ꝑfectionẽ. sꝫ in dolorẽ mentem cõuertit eoꝝ ꝓ eo ꝙ in seculo nequiter appetunt. vt hac experientia resipis cant. et cõuertantur ad deũ. a quo mente recesserunt. Deũ er go sibi ꝓpicium nouerit aduersari. qui qđ temporaliter cõcu piscit. non ꝑ mittitur ad implere. Secreto aũt dei iudicio fie ri creditur. vt durius pereant hi quoꝝ cupiditatẽ effectus sta tim sequitur actionis. Nũqꝫ satiari nouit cupiditas. Semꝑ em̃ auarus eget. quãtoqꝫ magis acquirit. tanto amplius que rit. Nec solum desiderio augendi excruciatur. sꝫ etiã amitten di metu afficit̃. Inopes nascimur in hac vita. inopes recessu ri de hac vita. Si bona mundi huius peritura credimus cur peritura tanto amore cupimus. Pleriqꝫ potentes tanta cupi ditatis rabie inflãmantur vt de cõfinijs suis pauperes exclu dant. nec habitare ꝑmittant. Quibus recte ꝑ ꝓphetam dicit̃: Ve qui cõiungitis domũ ad domũ et agrum ad agrum co pulatis vsqꝫ ad terminum loci. Nũquid soli vos habitabitis in medio terre: Tales quippe hoĩes infernum. id est dyabo lum rapere ad ꝑditionem. idem ꝓpheta cõsequẽter annunciat dicens: Propterea dilatauit infernus animam suã et aperuit os suũ absqꝫ vllo termino: et descendent fortes eius et subli mes gloriosiqꝫ eius ad eũ. Nec mirum ꝙ morientes inferni ignibus deputent̃. qui viuentes flammã cupiditatis sue mini me extinxerũt. Qui desiderio cupiditatꝭ exestuant. flatu dya bolice inspirationis vruntur. Accẽdit em̃ mentẽ eue supbia. vt de ligno vetito manducaret. Accendit Cayn mentẽ inui dia. vt fratrẽ occideret. Accẽdit Salomonẽ luxurie facibus. vt ꝑ amorẽ libidinis ydola adoraret. Accendit Achab cupi

ditate.vt homicidiū auaricie annecteret His ergo inspiratio bus diabolus corda hoīm occultis deprauat cupiditatibus.

De gula. Capitulū xlij

Rima cōcupiscētie suggestio panis est.cui si minime cedit diuersa edacitatis desideria cōprimuntur.Un de et Daniel:panem inquit desiderij nō comedi.hoc est.eius cōcupiscentiā non impleui.Prima est luxurie materi es.saturitas panis. Uñ et ꝓpheta sodamā de satietate panis accusat dicens:Hec fuit iniquitas sodomorum:supbia satu ritas panis.ꝛabundantia aque.Panem quippe sodomite im moderate sumentes in turpitudines defluxere flagicioꝝ. at qꝫ inde meruerūt comitante superbia celestibus aduri incen dijs.ex quo modum nō tenuerunt edacitatis.Utile est caue re gulā ciborumqꝫ cōcupiscentiam.Quid eñ tam noxium qꝫ vt animus seruiat ventri et esce.que sunt destruenda.testante Apostola ac dicente:Deus autem et hunc et hanc destruet. Proxima est ventri libido.sicut loco sic vicio.vbi eñ ventris cura.ibi et eoꝝ que circa ventrem sꝫ proxima.In ordine nā qꝫ membroꝝ genitalia ventri iunguntur.Dumqꝫ vnū ex his immoderate reficit.aliud ad luxuriā excitatur.Non ad luxu riā vel ad sacietatē.sed tantūmodo vt corpus sustentetur.epu lis est vtendum.Nam vt phi dixerūt.cibandus est venter vt cōtineat animā.non vt corrumpat.Qui nimiū cibis vtuntur quāto magis ventrē pascūt.tāto amplius sensum mentis ob tundūt.Nā greci dixerūt ex crasso ventre subtilē sensum gig ni nō posse.Nā gule saturitas nimia aciem mētis obtundit. ingeniūqꝫ hebescere facit:Libidinēs ignes ciboꝝ fomite in crescūt.Corpus aūt qđ abstinentia frāgit.tentatio nō exurit: Uñ et tres pueros abstinētes flāma babilonij incendij et si tetigit non cōbussit. qꝛ nimirum et si desiderioꝝ carnalium ignis abstinentiū mentes inflāmat. vsqꝫ ad cōsensum tamen cōcupiscentie vel operis nō exurit. Cui abundantia est epu larum.ardentis diuitis incendat supplicium. cuius tanta in inferno inter ignes erat inopia.quanta hic epularum fuerat copia.In hoc eñ seculo esurire et sytire noluit. ꝓpterea illic

inter flāmas sitiens.stillam aque quesiuit nec meruit. Consi derandū q̄ vehementer arguantur.cōmessatio et sumptuosa cōuiuia. Nā per ꝓphetam cōminatur dn̄s. se nō hanc relaxa re iniquitatem his qui eam libenter ambiunt. Dicit em̄ per Esaiam ꝓphetam: Ecce gaudiū et leticia occidere vitulos et iugulare arietes.comedere carnes et bibere vinū. Si dimit tetur iniquitas hec vobis donec moriamini. Sicut oēs car nales cupiditates abstinētia resecantur.ita omnes anime vir tutes edacitatis vicio destruuntur. Inde est q̄ et princeps co corum muros iherusalem subuertit.q2 et venter cui seruitur a cocis.virtutes anime destruit. Neq3 em̄ posse quēpiam vir tutum ꝑfectionem attingere. nisi prius ventris edomauerit ingluuiem. Nemo p̄t dn̄ari ceteris vicijs nisi prius ingluuiē ventris restrinxerit. Nec quisq3 facile poterit a semetipso spi ritus immundos expellere.nisi per abstinentiam gule. Tunc em̄ hostes qui extra nos st̄ a nobis fortius superant.qn̄ pri us que intra nos st̄ vicia extinguuntur. Nā frustra foris agit bellū.qui intus h3 periculū. Nō qualitatē ciboꝝ sed eoꝝ cu piditatē cauendā.nam sepe accuratius p̄parata. sine gule cō cupiscentia degustantur.et sepe abiecta et vilia edendi cupidi tate sumuntur. Sicq3 fit vt nō sit in culpa ciboꝝ qualitas. s3 illud reputetur in viciū q̄ cū desiderio degustatur. Quatu or st̄ genera distinctionū in gule appetitu.id est quid.quādo. quātum.et qūo appetatur. Quid ad rem ipsam ꝑtinet q̄ appe titur. Quādo.si ante legittimū tempus quid appetatur. Quā tum vero ad immoderationē refertur. Qūo ad impacientiā festinationis ascribitur. Nullus homini tam importunis ex actor est q̄ venter qui quotidianā refectionē quotidiana fa mis exactione ad implet. Cum ceteris em̄ vicijs.et si interdū nascimur.interdum tamen cū eis nō morimur. Cum isto aūt et nascimur.cū isto et morimur. Plerumq3 voluptas vescen di ita sub obtentu necessitatis subrepit.vt dum putatur serui re necessitati. voluptatis desiderio seruiatur nec facile discer nitur vtrum quod accipiatur gule an indigentie deputetur.

De ebrietate. Capi.xliij

Sēa crapulam. potus ebrietatē generat. Ebrietas aūt ꝑturbationē gignit mentis. furorem cordis. flammam libidinis. Ebrietas ira mentem alienat. vt vbi sit nesciat. Unde etiā et malum non sentitur quod ꝑ ebrietatem cōmittitur. Uerū est ꝙ iuxta ꝓphetam fornicatio et ebrietas aufert cor. Fornicatio eñ sicut ait Salomon infatuat sapientem. Ebrietas sicut in Loth sensus et rōem captiuat. Uñ et in prouerbijs: Potentes inquit qui iracundi sꝫ vinū nō bibant. ne cū biberint obliuiscantur sapientiam. Plerisqꝫ laus est multū bibere et nō inebriari. Audiant hi aduersum se dicentē ꝓphetam: Ue qui potentes estis ad bibendū vinū. et viri fortes ad miscendam ebrietatē. Uino multo deditos et luxuriose viuentes Esayas sic arguit dicens: Ue qui cōsurgitis mane ad ebrietatem sectandam et potandum vsqꝫ ad vesperum vt vino estuetis. De talibus et alio loco dicit: Ue tibi ciuitas cuius rex iuuenis est. et cuius principes mane comedūt. Multi eñ a mane vsqꝫ ad solis occubitū ebrietati et gule voluptatibus deseruiunt nec intelligunt cur nati sꝫ. sed consuetudine beluina detenti luxurie tantū tota die epulisqꝫ inseruiunt. Clamat Johel ꝓpheta his qui ebrietati deseruiunt dicēs: Expgiscimini ebrij et flete. et vlulate oēs qui bibitis vinum in dulcedine. Quo testimonio nō ait tm̄: flete oēs qui bibitis vnū. vt bibere oīno non liceat. sed adiecit in dulcedine. quod ad voluptuosam pertinet et prodigam effusionē. Nam quātum satis est necessitati edocet Timotheum bibere Apostolus dicens: Uino modico vtere. Non solum ex vino inebriantur hoīes. sꝫ etiam ex ceteris potandi generibus que vario modo cōficiuntur. Unde et Nazareis qui se sacrificabant dño preceptū est vinū et sycerā non bibere. Utraqꝫ eñ statum mentis euertunt et ebrios faciunt. luxuriā quoqꝫ carnis vtraqꝫ equaliter gignūt. Quidā cōtinentes sicut panē cū pondere edunt. ita aquā cum mensura sumūt asserentes ad castimoniam carnis etiam aque abstinentiam cōuenire.

¶De abstinentia. Capitulum xliiij.

Hoc est ꝑfectum et rationabile ieiunium. qñ noster homo exterior ieiunat et interior orat. Facilius ꝑ ieiuniū

oratio penetrat celū. Tunc em̄ hō spiritalis effectus angelis cōiungitur. deoqꝫ liberius copulaẛ. Per ieiuniū etiā occulta misterioꝝ celestiū reuelanẛ. diuiniqꝫ sacramēti archana pandunẛ. Sic nāqꝫ Daniel angelo reuelante misterioꝝ sacramēta cognoscere meruit. Hec em̄ virtus et angeloꝝ manifestationes et eoꝝ annunciationes ostēdit. Jeiunia fortia tela sūt aduersus tentamenta demonioꝝ. Cito em̄ ꝑ abstinentiā deuincuntur. Uñ etiā dñs et saluator noster eoꝝ incursus ieiunijs et orationibus premonet supare dicens: Hoc genus nō eijcitur nisi ꝑ orationē et ieiuniū. Jmmundi em̄ spūs ibi sese magis inijciunt vbi plus viderint escā et potum. Sancti q̄ꝫ diu in huius seculi vita habitant. desiderio supni roris corpus suū aridum portant. Uñ et Psalmus: Sitiuit inquit in te aīa mea q̄ꝫ multipliciter et caro mea. Caro em̄ tunc deū sitit. qñ ꝑ ieiuniū abstinet et arescit. Abstinentia et viuificat et occidit. viuificat animā. corpus necat. Sepe abstinentia simulate agitur: ieiuniaqꝫ ꝑ ypocrisim exercentur. Quidā em̄ miromodo corpus suū laniant exterminantes. sicut ait euāgelium facies suas. vt appareant hominibus ieiunantes. Ore namqꝫ pallescūt. corpe atteruntur. cordis alta suspiria ducūt. Ante mortē quoqꝫ mortiferis se supplicijs tradūt. tantumqꝫ miseri laboris exercitium non pro dei amore. sed pro sola humane laudis ammiratione sectantur. Quidam incredibiliter abstinent vt hominibus curiosis sancti appareant. sꝫ hoc bonum abstinentie talibus non est virtus reputanda sed viciū quia bono male vtuntur. Jeiuniū et elimosina in abscondito esse amant vt solus deus qui inspicit omnia. meritū operum bonoꝝ rependat. Nam qui ea sub populari manifestatione faciunt. nequaq̄ꝫ a deo iustificantur. quia iuxta sermonē euangelicam. mercedem suā ab hoībus recipiunt. Jeiunia cū bonis operibus deo acceptabilia sūt. Qui aūt a cibis abstinent et praue agunt. demones imitantur: quibus esca non est. et nequicia semꝑ est. Jlle em̄ bene abstinet a cibis qui et a malicie actibus et a mundi ieiunat ambitionibus. Qui execrationis studio non abstinentie voto ab escis carniū se suspendunt. hi potius execrādi sunt. quia dei creaturam vsibus hu

manis cõcessam reijciunt. Nihil em̃ fidelibus inquinatum. nihilq3 esse iudicatur in mundũ. Paulo attestante apostolo: Omnia munda mundis. coinquinatis aũt et infidelibus nihil est mundum. s3 polluta sunt eorum et mens et cõscientia. Spernitur ieiunium qd' in vesperũ deliciosa replectione ciboꝝ reficitur. Nec3 em̃ reputanda est abstinentia. vbi fuerit ventris saturitas subsecuta. Spernitur ieiunium qd' in vesperum delicijs cõpensatur. dicente Esaia ꝓpheta: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluptas vestra. Voluptas em̃ delicie intelligunt. Sicut em̃ repetitio debiti et lites et cõtentio. et pcussio. ita et delicie improbantur a ꝓpheta in ieiunio. Tota em̃ die epulas in cogitatione ruminat. qui ad explendam gulã vespere sibi delictas preparat. Non est corpori adhibenda imoderata abstinẽtia. ne dum amplius grauatur caro pondere inedie. malum agat postea. nec bñ facere incipiat et que addicitur. vt vsu mali careat. simul et boni officiũ. dum plus premitur perdat. Sollicita igitur discretione carnis est moderanda materies. sc3 ne aut integre extinguatur: aut immoderare laxetur. Infirmitate carnis nimia preualente ad perfectionẽ ꝑtingere nemo p̃t. Nam q̃uis sanctitatis amorem quisq3 habeat. exequi tñ non valet operis meritũ cui intentione cordis deseruire conatur. Corporis debilitas nimia etiã vires anime frangit. mentis quoq3 ingeniũ facit marcescere. nec valet quicq̃3 boni p imbecillitatem ꝑficere ne dum quid nimis. Nam quicquid cum modo et temperamento fit. salutare est. quicquid aũt nimis et vltra modũ est. pniciosum fit. studiumq3 suũ in cõtrarium vertit. In oĩ ergo opere modum et temperamentũ oportet habere. Nam omne quod excedit periculosum est: Sicut aqua que si nimios imbres prebeat. non solũ nullum vsum adhibet. sed etiã periculũ exhibet)

Finit liber secundus de summo bono sancti Isidori hyspalensis episcopi.

Incipit liber Tercius.

De flagellis dei. Capitulũ i

Iuine sapientie subtilitas sicut interius
vt testis scrutatur ꝯscientias.ita exterius
vt iudex irrogat penas:vt verum sit testi
monium Prophete:quia ipse est testis et
iudex. Misere dñe misero Isidoro in dig
na agẽti et digna pacienti.assidue peccan
ti et tua flagella quotidie sustinenti. Ordi
nata est miseratio dei que prius hic hominem per flagella a
peccatis emendat. et postea ab eterno supplicio liberat. Elec
tus em̃ dei doloribus vite huius atteritur vt perfectior vite
future lueretur. Nequaq̄ deus delinquenti parcit.qm̃ pecca
torẽ aut flagello tꝑali ad purgationẽ ferit.aut iudicio eterno
puniendũ relinquit.aut ipse in se hõ penitendo punit quod
male admisit. Ac proinde est ꝙ deus delinquẽti non parcit.
Iuste temporalia flagella ad eterna proficiunt gaudia. ideo
q; et iustus in penis gaudere debet.et impius in prosperita
tibus timere. Neq; iusto neq; reprobo deus misericordiã et
iusticiam subtrahit. Nam et bonos hic ꝑ afflictionẽ iudicat.
et illic remunerat ꝑ miserationem.et malos hic remunerat ꝑ
temporalem clementiã.et illic punit ꝑ eternam iusticiam. In
hac em̃ vita deus parcit impijs.et tñ non parcit electis.in il
la vita parcit electis.non tñ parcit impijs. Periculosa est se
curitas in hac vita maloꝝ.et bonoꝝ dolor tranquillus. Nã
iniquus post mortẽ ducitur cruciandus.iustus vero dormit
post laborẽ securus. Non tm̃ de corꝑalibus passionibus.sed
etiam de spiritalibus oportet intelligi.vt quãto quisq; aut in
corꝑe aut in mente flagella sustinet.tãto se in fine remunerari
speret. Sepe occulto dei iudicio extra flagelli correptionem
sꝫ reprobi in hoc mũdo.dumq; multa damnabilia cõmisisse
videant̃.despecti tñ a deo nullo emendationis verbere feriun
tur. Plus corripitur flagello qui a deo diligitur si peccauerit.
dicente Propheta: Tantũmodo vos cognoui ex omnibus

nationibus terre. idcirco visitabo super vos oēs iniquitates vestras. Quē em̄ diligit dn̄s corripit. flagellat aūt oēm filiū quē recipit. Ualde necessariū est iustū in hac vita et vicijs tentari et verberari flagello. vt dum vicijs pulsat̄. de virtutibus non supbiat. Dum vero aut animi aut carnis dolore atterit̄. a mundi amore retrahatur. Tentari aūt oportet iustum. sed tentatione plage. non tentatione luxurie. Durius circa suos electos in hac vita deus agit. vt dum fortioribus flagelli stimulis feriuntur. nulla oblectamenta presentis vite delectent. sed celestem patriam vbi certa requies expectatur indesinentur desiderent. Electos vite istius aduersitate ꝓbari. vt secundum Petrum iudicium a domo dei incipiat. dum in hac vita electos suos deus iudicij flagello castigat.

¶ De gemina percussione dei. Capitulum ij.

Emina ꝑcussio est diuina. Una in bonam ꝑtem qua ꝑcutimur in carne vt emendemur. Altera qua vulneramur in cōsciencia ex caritate vt deū ardentius diligamus. Gemino more deus respicit vel ad veniam vel ad vindictam. Ad veniā sicut Petrum. ad vindictā sicut dum facta sodomoꝝ se descensurū et visurum testat̄. Trimoda ratione deus quos voluerit ꝑcutit id est ad damnationē reprobos. ad purgationē quos errare videt electos. ad ꝓpagandā meritoꝝ glīam iustos. Primo nāqꝫ modo egiptus cesa est ad damnationē. Scd̄o modo pauꝑ Lazarus ad purgationē. Tercio mō ꝑcussus est Job ad ꝓbationē. Flagellatur hō plerūqꝫ a deo ante peccatū ne malus sit. vt Paulus qui sathane angelo instigante carnis tolerabat stimulos. Flagellatur etiā et post peccatū vt corrigatur. sicut ille in apostolo qui traditus est sathane in interitū carnis vt spūs saluus esset. Non tamē iuste murmurat etiā qui nescit cur vapulat. Nam deus ideo plerūqꝫ iustū flagellat. ne de iusticia supbiens cadat. In hac vita deus tantomagis studet vt parcat. quāto magis expectādo flagellat. Sed alios feriendo corrigit. alios vero feriendo interficit. Feriendo namqꝫ corrigit. de quibus dicit: Ego quos amo arguo et castigo. alios feriendo perimit. quos incorrigibiliter delinquentes aspicit quosqꝫ nō iam sub disciplina vt filios pater sed districta damnatione. vt hostes et

aduersarios pcutit. De quibus dicit: Flagello inimici pcussi te. castigatione crudeli. Et iterum: Quid clamas ad me sup cōtritione tua. insanabilis ē dolor tuus. Uñ vnusquisqȝ festinet et timeat ne simul feriatur vita eius cū culpa. Flagellū namqȝ tūc delet culpam cū mutauerit vitā. Nam cuius mores nō mutat. actiones nō expiat. Omnis diuina pcussio aut purgatio vite presentis est. aut iniciū pene sequētis. Nā quibusdam flagella ab hac vita inchoant et in eterna pcussione pdurant. Uñ per Moysen dñs dicit: Ignis exarsit in ira mea et ardebit vsqȝ ad inferos deorsum. A quibusdam dici solet: Nō iudicat deus bis in idipm. qui tñ non attendūt illud qđ alias scriptū est: Ihesus populū de terra egipti liberans. scđo eos qui nō crediderūt pdidit. Quāuis em̄ si vna culpa bis non pcutitur. vna tñ pcussio intelligit. que hic cepta illic pficit vt in his qui oīno non corriguntur. precedentiū pcussio flagellorum. sequētium sit iniciū tormentorum. Hinc est qđ in Psalmo scribitur: Operiant sicut diploide cōfusione sua. Diplois em̄ duplex vestimentū est. quo figuraliter induuntur qui et tpali pena et eterna damnantur. Uñ et Hieremias ait: Cōtritio sup cōtritionē id est gemina damnatio. et hic et in futuro seculo. Et idē alibi: Duplici cōtritione cōtere eos. id est gemina pena. pñti scȝ et futura. Quibusdā secreto dei iudicio hic male est. illic bene. scȝ vt dum hic castigati corriguntur. ab eterna damnatione liberentur. Quibusdam vero hic bñ est. illic male. sicut diuiti illi accidit. qui hic potentie claritate cōspicuus. post mortem gehenne incendijs traditur cruciandus. Porro quibusdam et hic male et illic male est. quia corrigi nolentes. et flagellari in hac vita incipiunt. et in eterna pcussione damnantur. In tāto quosdam inmergi desperationis profundo vt nec p flagella valeant emendari. De quibus recte p xphetam dominus dicit: Frustra pcussi filios vestros. disciplinā non receperunt. Plerumqȝ iustus plangit quia nescit vtrum pro omnibus suis peccati presentia patiatur flagella. an pro vno tm̄. et nescit q̄ sit culpa illa p qua meruit eiusmodi pati supplicia. et pro ipso ambiguo maxime in merore versatur. Quāuis flagella presentia iustum a peccatis absoluunt. adhuc tamen sub metu vindicte turbatur ne instantes ei plage

non ſufficiant ad purganda delicta. Proinde ergo dum pre
ſentia patitur et futura pertimeſcit. quodammodo ſicut ait
ꝓpheta: pro ſuis peccatis ſuplicia recipit.

De infirmitate carnis. Capitulum iij.

Eſſe nõnullos eiuſdẽ qualitatis hoĩes qui neſciant
corrigi niſi alios viderint flagellari. ſicq; proficiunt
cõparatione maloꝝ. dum ſibi id accidere timent in
quo deperire alios vident. Quoſdam deꝰ videns nolle ꝓprio
voto corrigi. aduerſitatũ tangit ſtimulis. quoſdã etiã preſciẽs
multũ peccare poſſe. in ſalutẽ flagellat eos corꝑis infirmitate
ne peccent. vt eis vtilius ſit frãgi languoribus ad ſalutẽ aĩe.
ꝗ̃ manere incolumes ad damnationẽ. Viſitatio dei nec ſꝑ in
bonũ accipit̃. nec ſꝑ in malũ. In bonũ eñ accipit̃. ſicut eſt il
lud: Viſita nos in ſalutari tuo. In malum vero. iuxta illud:
In tꝑe viſitationis ſue peribunt. Tribus ex cauſis infirmita
tes accidũt corꝑi. id ex peccato. ex tentatiõe. et ex intemperan
tie paſſione ſed huic tñ nouiſſime humana pt̃ medicina ſuc
currere. illis ṽo ſola pietas diuine miſericordie. Qui valẽtio
res ſtꝫ et ſani. vtile eſt illis infirmari et nõ peccare. ne ꝑ vigo
rẽ ſanitatꝫ illicitis ſordideñt cupiditatũ et luxurie deſiderijs.
Duricia que mentẽ premit nec ſentit̃. vtiliter mutat̃ in carne
vt ſentit̃ atq; intellecta emendet̃. Nam citius vulnera carnis
ſentiuntur ꝗ̃ aĩe. ideoq; ꝑ carnis flagella errantes citius cor
rigunt̃. Hoc quippe indicãt in pauli oculis ſquame in fideli
tatis que dum mutate ſtꝫ ꝑ increpationẽ in oculis carnis. cõ
feſtim reſoluta eſt duricia mentis. Eſt ꝑnitioſa ſanitas que
ad inobedientiã hoĩem ꝑducit. Eſt et ſalubris infirmitas que
ꝑ diuinã correptionẽ mentẽ a duricia frangit. Languor ani
mi. id ẽ peccatoꝝ infirmitas ꝑnitioſa eſt. de qua etiã apoſto
lus ait: Quis infirmat̃ et ego non infirmor? Quis ſcãdaliza
tur ⁊ ego nõ vror? Nã infirmitatẽ carnis vtilẽ eſſe idẽ apoſto
lus approbat dicens: Quãdo infirmor tunc fortior ſum.

De tollerãtia diuine correptionis. Capitulum iiij.

Urmurare in flagellis dei peccator homo nō debet. qr maxime p hoc ꝙ corripitur emendat. Unusquisqȝ autē tunc leuius portat qđ patitur. si sua discusserit mala pro quibus illi infertur retributio iusta. Discat nō murmurare qui mala patitur etiā si ignorat cur mala paciatur. et p hoc iuste se pati arbitretur p qđ ab illo iudicatur. cuius nunqȝ iniusta iudicia sūt. Qui flagella sustinet et cōtra deum murmurat iusticiā iudicantis accusat. Qui vero se cognoscit a iusto iudice pati qđ sustinet. etiā si pro quo patitur ignoret. p hoc iam iustificatur. p qđ et se ipm accusat et dei iusticiam laudat. Dū ex rebus prosperis vtilia iustus exempla prestat hoībus. necesse est cū iterū et aduersitatibus tangi. quatenus eius pacientia cōprobetur. vt denuo fortitudinis documēta ex eo sumant hi qui prosperitatis eius temperantiā agnouerūt. Qui passionibus aīe insidiāte aduersario cruciatur. nō idcirco se credat alienari a xpo qr talia patit. sed magis p hoc deo cōmendabilē se eē existimet si dū hec patit laudet deū pocius nō accuset. ad magnā vtilitatē diuino iudicio mēs iusti diuersis. passionū tentationibus agitatur. pro quibus si deo grās egerit. sueqȝ culpe ꝙ talia dignus sit deputauerit. hoc qđ ex passione tolerat. ei pro virtutibus reputabitur. qr et diuinam agnoscit iusticiam. et suam culpam intelligit.

De tentationibus dyaboli. Capitulum v.

Ultris calamitatum tentationibus mens iusti in hac vita pulsat. Uñ et optat ab hoc seculo funditus euelli quo et erumnis careat. et fixam illic securitatē inueniat. Inter eas penas quas iustus in corpe patitur. atqȝ eas quas mente p fraudē dyaboli tolerat. multū interest. Nā grauius fert quas interius luget. ꝙ eas quas exterius sustinet. Has em̄ et loco euitat et tpe. illas ꝓo nec loco nec tpe pt euitare. Nā amplius tentat electos dyabolus ꝙ dei volūtas pmittit. Tentando āt scōꝝ pfectibus seruit. et si nolēs. vtilitati tñ scōꝝ seruit dyabolus. qñ eos tentationibus suis nō decipit. sȝ pocius erudit. Nā tentationes quas ille ad humanū interitū mouet. interdū xpus ad exercitium virtutum salubri

vtilitate cõuertit. Insidie dyaboli atq; astucie ꝙuis huc atq; illuc querentes quẽ deuorent diffundantur. a ptãte tñ diuina nõ egrediuntur. ne tm̃ noceant quãtum maliciose cõtendunt. Nam quõ scõꝝ virtus tãta tolerare potuisset. si supna dispensatio pio moderamine nequitiã demonũ non refrenaret. Et licet dyabolus tentationẽ iustis sp inferre cupiat. tñ si a deo potestatem non accepit. nullatenus adipisci põt qd̉ appetit. Uñ et oĩs voluntas dyaboli iniusta est. et tñ pmittente deo oĩs ptãs iusta. Ex se em̃ tentare quoslibet iniuste appetit. sed eos qui tentandi sꝫ. et put tentandi sꝫ. nõ nisi tentari deus iuste pmittit. Uñ etiã in libris regũ de dyabolo scriptũ est. q2 spũs dñi malus irruebat in saul. vbi iuste queritur: si dñi. cur malus. si malus cur dñi dicat̃. Sꝫ duobus v̓bis cõprehensa est et dei ptãs iusta. et dyaboli voluntas iniusta. Nã spũs malus p nequissimã voluntatẽ. et idẽ spũs dñi p acceptã iustissimã ptãtem. Dyabolus non est inmissor. sꝫ incensor potius vicioꝝ. Neq; em̃ alibi cõcupiscentie fomenta succendit. nisi vbi prius praue cogitationis delectationes aspexerit. qui si a nobis spernit̃. sine dubio ille cõfusus abscedit. statimq; frãguntur iacula cõcupiscentie eius. cõtempteq; iacent. et sine luce faces illius. Sollicite hostis insidias intelligere pariter et cauere dei seruũ oportet. sicq; innocentia vite existere simplicẽ vt tamẽ oporteat cũ simplicitate esse prudentem. Qui prudentiam simplicitati non miscet. iuxta pphetam: Columba est seducta non habens cor. Sed ideo columba. q2 simplex. ideo aũt cor non habens quia ignara prudentie est. Sepe fraus sathane sanctoꝝ cordibus aperitur. quãdo per speciem boni angelum se simulans lucis. dum nititur electos decipere detegitur atq; cõtemnitur. Sic et v̓ba fallacis doctrine deus sanctos suos facit intelligere. quatenus dyabolicũ errorem interius cognoscãt ac solicite caueant. Discretio sanctorum tanta esse debet vt inter bonum et malum prediti ratione diiudicent ne eos dyabolus p speciem boni fallat. Hec est em̃ percunctatio Josue dicentis: Noster es an aduersariorum. Propter hoc et Hieremie dicit̃: Si sepaueris preciosum a vili. quasi os meum eris. Tunc em̃ bene de se iudicant sancti qñ ab eis deus fallacia demonum tentamenta facit intelligi.

Multi decipiuntur a dyabolo. et ignorant se esse deceptos. Osee .pphete testimonio declarāte: Comederūt inquit alieni robur eius et ipse ignorauit. Alieni nāqꝫ maligni spūs significantur q̄ virtutes mentis cōmedunt: sed hoc corda negligentiū non intelligunt. Tāqꝫ inermis dyabolus vincitur: qn̄ de apta iniquitate hoiem deprauare conatur. Armatus vero tūc incedit. dum p speciē sanctitatis. et virtutis ea que scā sꝫ destruit. qn̄ et qui decipit sua detrimenta nō sentit. sed tanqꝫ sint virtutes que sꝫ vicia sectatur et diligit. In oculis carnaliū dyabolus terribilis est. in electoꝝ oculis terror eius vilis est. Ab incredulis vt leo timetur a fortibus i fide vt vermis cōtemnit. atqꝫ ad momentū ostensus repellet. Qui suggestiones dyaboli nō recipit. in eis insidias minime trāsit. Nam facile in cōsequenti ope repellitur. si prima oblectamenta illius respuantur. Dyabolus em̄ serpens est lubricus. cuius si capiti. id est prime suggestioni nō resistitur. totus in interna cordis dum nō sentitur illabitur. Tentationū dyabolicaꝝ inicia fragilia sꝫ. que si non caueantur. sed p vsum in cōsuetudinem transeant. in nouissimis fortiter cōualescunt. ita vt aut nūqꝫ aut cū difficultate vincantur. Cum in tota vita dyabolus hominē preuaricari cupiat amplius tn̄ in fine molitur decipere. Hinc est qd in principio cōtra protoplastū serpenti est dictū. Et tu insidiaberis calcaneo eius. qꝛ nimirum hoiem quē diabolus in cursu preterite vite non decepit. in nouissimis supplantare disponit. Proinde qꝫuis quisqꝫ sit iustus. nunqꝫ necesse est vt sit in hac vita securus: sed semp humilis caueat semp que ne in fine corruat sollicitus ptimescat. Dyabolus suis fautoribus blanditur. dei vero seruis molitur tentamēta cōtraria. exemplo dn̄i qui se post baptismū passus est a dyabolo tentari. Dyabolus sanctos oēs non tenendo possidet. sꝫ tentando psequitur. Nam qꝛ nō in eis intrinsecus regnat. cōtra eos extrinsecus pugnat. Et qui intrinsecus amisit dominū. exterius cōmouet bellū. Tunc cōtra eum quē possidet dyabolus acrius seuit. quando se virtute diuina. ab eo expellendum cognoscit. Unde immūdus spūs tunc decerpsit grauius puerum in quo habitabat. qn̄ ad xpi imperium exire ab

eo coactus est. Quod factū et ad Job v̄ba respicit. vbi in nouissimis vehemoth caudam suā quasi cedrus astringit. Plus cōtra eos dyabolus diuersis tentationibus insistit q̄ possunt et aliis sua vtilitate prodesse. vt dum illi impediunt. non p̄ficiant qui docendi s̄t. Malignus sp̄us hoc quod intra nos mundare cupimus sine intermissione tentat iterū sordidare. Sancti aūt eoꝝ insidias presago spiritu precognoscunt. et quicquid in semetipsis terrenū sentiunt indesinenter opibus sanctis exhauriunt. vt de intimis puri inueniantur. Eodem blandimento decipiunt. nunc p̄ dyabolū hoīes quo pro tho plasti in p̄adisi s̄t decepti. Multis em̄ vicioꝝ prestigiis mentes reproboꝝ tentando decludit. Nunc em̄ p̄missis decipit. nunc rebus transitoriis quasi necessariis illicit. nunc etiā ipsa inferni supplicia quasi leuia et transitoria suggerit. quatenus miseroꝝ corda in cupiditatē lasciuiamq̄ dissoluat. secūq̄ ad tartara ducat. Argumenta machinationū malarūq̄ cogitationū semina que in cordibus hoīm diabolus fundit. ita sepe vndiq̄ captam implicāt mentē. vt ex qua p̄te euadere quisq̄ tentauerit. sine periculo exire nō possit. veluti si iures hoc facere. qđ si feceris pecces. si nō feceris reus piurii sis. In tāto ergo mali discrimine vt euadēdi aditus pateat. minora potius eligenda s̄t vt maiora vitentur. Dyabolus q̄n decipere quēq̄ querit. prius naturā vniuscuiusq̄ intendit et inde se applicat. vnde aptam hoīem ad peccandū inspexerit. Ex ea p̄te hoīes dyabolus tentat qua eos pro excrescente humore facile inclinari ad vicia cōspicit. vt scđm humoris cōspersionem adhibeat et tentationem. Lege Balaam qui in figura dyaboli cōtra populum dei ex ea p̄te precepit p̄nitiosos pretendere laqueos. ex qua sensit eos facilius esse lapsuros. Nam et qui aquā alicubi deducit. non eam p̄ aliam p̄tem mittit nisi vbi impetum eius intenderit. Nullus culpam existimet quā ex cōspersione p̄pria sustinet. sed quātum valet cōtra id qđ tolerat pugnet. Nam si cōpassioni ceditur. tentationi vel vicio nequaq̄ resistitur. Ideo diabolus in sacris eloquiis vehemoth id est animal dicit̄. q̄r de celis lapsus ad terras cecidit. iuxta Psalmistā iumentis insipiētibus ꝯparatus. Ideo leuiathan

id est serpens de aquis dicitur quia in huius seculi mari vo
lubili versat astucia. Auis vero ꝓpterea nominatur. qꝛ ꝑ sup
biam ad alta sustollitur. Et recte his tribus vocabulis appel
latur qꝛ pro suo merito aerē quasi auis ꝓ carcere meruit. ve
bemoth terrā. qꝛ vt aīal brutū in imis delectatur. serpens eo
ꝙ in huius seculi mari insana iactetur fluctuatione. Ex inde
em̄ ꝙ per membra sua dyabolus opatur. sortitur. vocabula.
ita vt qd singuli agunt incitante illo ipse nominet ex eo. Quē
em̄ non decipit dyabolus vnde aīal est. hoc est. ꝑ carnis luxu
riā. tentat vnde serpens est. hoc ē cupiditatis ac nocendi ma
licia. Quē aūt et si decipit. insidiatur ei vnde auis est. hoc est.
supbie ruina. Undiqꝫ em̄ dolos preparat quousqꝫ inueniat
viam. ꝑ quā incautū decipiat. Aliud est intrare mentē cuius
qꝫ diabolum. aliud vero inhabitare. nam et in cordibus scōꝝ
dyabolus ingreditur. dum malā suggestionem insinuat. sed
nō habitat in eis qꝛ in suo corpe non eos transducit. Qui ve
ro in corpe eius sꝫ. ipsos inhabitat. quia ipsi sunt templum
eius. Et si subripiat mentibus electoꝝ dyabolus non aūt
in eis requiescit sicut in cordibus reproboꝝ. nam calore fidei
mox excitatur vt exeat ab electis. Non nulli quos iam auido
ore dyabolus deuorauerat. rursus diuini iudicij occulta mi
seratione ab eius ore eripiuntur et saluti restituuntur. Nam
sepe multos quos antiquus hostis luxurie voragine inmer
sos tenuit. potētia diuina ꝑ potentiā ab eius faucibus traxit.
Qūo bonoꝝ interitum ꝓpheta electā dicit esse dyaboli escā.
dum alibi scriptum sit de illo: Fenum sicut bos comedet. ni
si ꝙ in oculis dei fenum sunt qui electus cibus ſm hoīes esse
videntur. Ac per hoc qui de bonoꝝ numero pereunt. apud
hoīes electi. apud deū fenū existunt. Eum dyabolus iam de
glutisse dicitur: quem iam perfecto scelere deuorare videtur.
Eum vero quem non deglutiuit opis ꝑfectione. sed tentatio
nū illecebris mordet vt deuoret. adhuc quasi in maxilla man
dit. Unde et Paulus habet stimulos carnis quibus humili
ter. non habet peccandi ꝑfectionē qua deglutiatur. Os dya
boli verba eius sunt. Verba vero eius inspirationes occulte
sꝫ. quibus corda hoīm alloquēs occultis vrit cupiditatibus

Quidam ob in corrigibilē iniquitatē. q: sponte nō corrigun tur. immūdis spiritibus vexandi traduntur. vt arripiēdi eos demones corpaliter habeant potestatē. terroribusq; eoꝝ afflic ti humilientur. peniteant et saluentur. Sicut et Apostolus corinthijs scribēs dicit: Tradere huiusmodi hoīem sathane in interitū carnis vt spūs saluus sit in die dn̄i. Utile est eñ quosdā peccātes vt in aīa saluentur. sathane corpaliter depu tari. quatenus ex p̄senti correptione futurū iudiciū timeāt. et de cetero delinquere caueant. Quidam āt potestati demonū ad emēdationē deputanť. quidam ꝓ despecti ad solā pditio nē traduntur. Nunq̃ vacat diabolus aduersus hoīem iustū. Aut eñ tribulationes cordis illi exaggarat. aut dolores cor poris suscitat. Hinc est qd̄ apostolus ait: Datus est mihi sti mulus carnis meecangelus sathane qui me collaphizet. Se pe mentē iusti varijs vexationū doloribus vis demonū cru ciat. vnde et interdum vsq; ad desperationis angustiā coarta tur. Permanēti aūt in dei amore aīe et ipsa talis angustia ad meritū proficit. Nam siue in aīo siue in corpe p instinctū im mundoꝝ spirituū quelibet aduersa iustus paciať. ex dei vtiq; pmissu id patitur. Et si hoc ip̄m ad dei gloriā humilis refe rat. et dicat qd̄ pro corpis passione Job dixit: Si bona sus cepimus de manu dn̄i. mala quare nō sustineamus: iste qui sic loquitur non seperať a deo. sz cōiungitur. qualibet atroci angustia torqueatur. Multa iustus aduersa in aīa patiť insti gatione demonū. sed talibus tentamētis perire a vita eterna non p̄t. q: pius dn̄s ad damnationē culpe nō reputat qd̄ de sue maiestatis pmissu nolens qui patitur portat. Nam pecca mus vbi cupiditate vel voluntate deflectimur. Ubi vero vio lenter addicimur et si facinus aut flagiciū non est. miseria tñ et pro flagitio et facinore est. Sed qui deū pro irrogata lau dat miseria. cōmisso proculdubio caret facinore.

De tentamentis somnioꝝ.

¶ Capitulum vi.

Lerumq; demones in noctibus occurrentes huma nos sensus p visiones cōturbant. vt formidolosos et

timidos faciant. Aliquociens etiã ex de desperatione pecca toꝝ mentẽ cõuersi ꝑ soporem cõturbant horridaqꝫ gehenne supplicia inmittunt. Nonnunqꝫ aũt et apta impugnatione grassantes humana corpa verberant. qđ tamẽ deo ꝑmittẽte malis fit ad vindictã. iustis ad tolerãtie gloriam. Plerũqꝫ in mundi spũs eos quos incũbere in seculi amore cõspiciunt. dormientes quadam vana spei prosperitate illudũt. Quosdã vero quos formidare aliqua aduersa presentiunt. dormiẽtes inani terrore cõcutiunt. Sicqꝫ miseroꝝ corda varijs illusio nibus tentantes mõ vana prosperitate demulcent. mõ inani formidine terrẽt. Qui aũt nullis aut raris cõscij sꝫ delictis. aut nũqꝫ aut raro terroribus fatigant nocturnis. sed pacto somno quiescentes. interdum etiã ꝑ soporẽ quedã archana et mistica cõtuentur ac vident. Qui vo corda sua grauioribus vicijs polluerũt. cõscientie pauore illusi spẽs cremendas aspi ciunt. Fallax eñ imago mentes miseroꝝ diuersis illudit ima ginibus. et quos vigilãtes in vicia traxit. dormiẽtes fatigat. vt nũqꝫ securos requiescere sinat. Nõnũqꝫ etiã electoꝝ men tes horrendis imaginibus somnioꝝ spũs in mundi terrifica re conantur. et quos vigilantes vicijs tentant nec superant. acriter dormiẽtes impugnãt. Sancti aũt et si ad momentũ h mõi visionibus cõmoueant. mox tñ euigilantes illusionum vanitates despiciunt. intentionemqꝫ suã protinus ad deũ cõ uertunt. Diuerse qualitates sꝫ somnioꝝ. Quedam eñ ex sa turitate seu inanitione occurrũt. que etiã ꝑ experientiã nota sꝫ. Quedã vero ex ꝓpria cogitatione oriuntur. Nã sepe que in die cogitamus. in noctibus recognoscimus. Nõnulle aũt visiones spirituũ immundorum fiunt illusione. Salomone ꝓbante: Multos inquit errare fecerũt somnia et illusiones vane. Porro quedã iusto fiunt mõ id est supne reuelationis misterio. sicut legit in lege de Joseph filio Jacob qui ꝑ som nia fratribus preferendus predicitur. vel sicut in euãgelio de Joseph sponso Marie q̃ vt fugeret cũ puero in egiptũ som nio admonetur. Nonnũqꝫ et ꝑmixte accidunt visiones id est cogitatione simul et illusione. atqꝫ itẽ cogitatiõe et reuelatio ne. Daniele dicente: Tu inquit rex cogitare cepisti in stratu

tuo q̄d esset futurū post hec. et qui reuelat misteria ostendit tibi que futura sūt. Et inde sepe ea in q̄bus cogitationū nostrarū sensum porrigimus. quodam mētis excessu reuelant dum requiescimus. Quāuis nō nulla vera sint somnia. facile tñ credi eis non opus est. q2 diuersis imaginationū qualitatibus oriuntur. et vñ veniāt raro cōsiderat. Tam facile igit somnijs fides habēda nō est. ne forte sathanas in angelū luc3 se transformās quēlibet incautū fallat. et aliqua erroris fraude decipiat. Nō nūq3 interdū demones deceptoria fraude ita quosdā curiosos obseruantesq3 illudūt vt quedā somnia nō aliter eueniāt q3 ostendunt. Ut em̄ in multis fallāt. interdū et vera pronunciāt. Sed quāuis ita accidāt. cōtemnenda sūt ne forte de illusione procedāt. recolētes testimoniū scripture dicētis: Si dixerint vobis z ita euenerit nō credatis. Somnia similia sūt augurijs. et q̄ ea intendūt reuera auguriari noscunt. Nō esse vera somnia que cogitans animus die noctuq3 sibi imaginat. Mentes em̄ nostre nonnūq3 ipsa sibi somnia fingūt. Sepe dum priora mala p tristē memoriā ad mentē reducunt. p hec gehenne vindictā in nobisipsis recolēdo imaginamur. Hmōi mentis imaginationes que aut de preteritis admissis. aut de futuris supplicijs memoria vigilantibus fiunt. et p visiones somniaq3 occurrūt. et cogitantiū mentes cōcuciunt. Nā vna vi memorie fiunt vtraq3. siue vigilātibus siue dormientibus nobis. Tali em̄ ammonitiōe horribili. pauore etiā p quietem cōcutimur. et q3 grauia sūt qua cōmisimus. et q3 dura que ptimescimus mentis aspectu etiā in somnio cōtemplamur. Non esse peccatum quādo nolentes imaginibus nocturnis illudimur. sed tunc esse peccatum si anteq3 illudamur cogitationis affectibus preueniamur. Luxurie quippe imagines quas in veritate gessimus. sepe dormiētibus in animo apparent s3 innoxie. si non cōcupiscendo occurrant. Qui nocturna illusione polluit. q3uis et si extra memoriā turpiū cogitationū sese psentiat inquinatum. tñ hoc vt tentaret culpe sue tribuat. suamq3 immundiciā statim fletibus tergat.

De oratione. Capitulū viij

Hoc est remediũ eius qui vicioꝝ tentamẽtis exestuat. vt quociens quolibet tangit vicio. tociens ad oratione̅ subdat. qꝛ frequens oratio vicioꝝ impugnatione̅ extinguit. Tamen perseueranter intendere oportet animum nostrum orando atq; pulsando. quousq; importunas desideriorum carnalium suggestiones que nostris obstrepunt sensibus fortissima intentione superemus. ac tamdiu insistere. quousq; persistẽdo vincamus. Nam negligentes orationes. nec ab ipso homine impetrare valent qđ volunt. Quãdo quisq; orat. sanctum ad se spiritum aduocat. At vbi aduenerit. confestim tentamenta demoniorum que se mentibus humanis inmergunt. presentiam eius ferre non sustinentes effugiunt. Oratio cordis est non labioꝝ. Neq; em̃ verba deprecantis deus intendit. sed orantis cor aspicit. Quod si tacite cor oret et. vox sileat. q̃uis homines lateat. deum latere non potest qui conscientie presens est. Melius est autem cum silentio orare corde sine sono vocis. q̃ꝫ solis ꝟbis sine intuitu mentis. Nũ q̃ꝫ est sine gemitu orandum. Nam peccatorum recordatio merorem gignit. Dum enim oramus. ad memoriam culpam reducimus. et magis reos tunc nos esse cognoscimus. Ideoq; cum deo assistimus gemere et flere debemus. reminiscentes q̃ꝫ grauia sunt scelera que cõmisimus q̃ꝫq; dira inferni supplicia que timemus. Mens qualem se in oratione offert. talem post orationem se conseruet. Nam nihil proficit oratio si denuo cõmittitur vnde iam iterum venia postuletur. Ille em̃ precis desideratum effectum sine dubio percipit. qui quod orando ablui postulat. delinquẽdo nõ iterat. Mens nostra celestis est et tunc orando deum bene cõtemplatur. qñ nullis terrenis curis aut erroribus impedit. Apta est em̃ ad bonũ in sua natura. in aliena vero turbatur. Pura est oratio quã in suo tp̃e seculi nõ interueniũt cure. lõge aũt est a deo animus q̄ in oratione cogitationibus seculi fuerit occupatus. Tunc ergo veraciter oramus qñ aliunde nõ cogitamus. Sed valde pauci sꝫ qui tales orationes habeant. Et licet in quibusdam sint difficile tñ est vt sp̃ sint. Mens que añ oratione̅ vacãs a deo in illicitis cogitationibus occupat. dum in oratione̅ venerit cõfestim illi imagines reꝝ quas nuper cogitauit oc

currūt aditūq̄ precis obstruunt. ne se mēs libera ad celeste desideriū erigat. Purgandus ē itaq̄ primū animus atq̄ a tpalīū rer̄ cogitationibus segregandus vt pura acies cordis ad deū vere ⁊ simplr̄ dirigat. Nam reuera tūc impetrāda diuina munera credimus. qn̄ simplici affectu assistimus cū oramus. Multis modis interrumpit̄ orationis intentio. dum sep̄ incuriā vana mūdi ingerūt in cuiuscūq̄ orantis animo. Tunc aūt magis dyabolus cogitationes curar̄ seculariū humanis mentibus ingerit qn̄ orantē aspexerit Duobus modis oratio impedit̄ ne impetrare quisq̄ valeat postulata. hoc est. si aut quisq̄ adhuc mala cōmittit. aut si delinquēti sibi debita non dimittit. Quod geminū malū dum quisq̄ a semetipso absterserit. ptinus securus studio orationis incumbit. et ad ea que impetrare precibus cupit mentē libere erigit. Qui leditur nō desistat orare pro se ledentibus. alioquin iuxta dn̄i sententiā peccat qui p inimicis nō orat. Sicut nullū pficit in vulnere medicamentū si adhuc ferrum in ea sit. ita nihil proficit oratio illius cuius adhuc dolor in mente. vel odiū manet in pectore. Tantus debet esse orantis erga deum affectus. vt non desperet precis effectū. Inaniter aūt oramus si spei fiduciā non habemus. Petat ergo vt Apostolus ait: vnusquisq̄ in fide nihil dubitās. nam qui dubitat similis est vnde maris q̄ a vento fertur atq̄ dispergit̄. Diffidentia nascit̄ impetrandi orata. si se adhuc animus sentiat circa peccādi affectionē versari. Non em̄ p̄t habere precis certam fiduciā qui adhuc in preceptis dei pigritat et peccandi recordatione delectatur. Qui a preceptis dei auertit̄. qd̄ in oratione postulat accipere nō meret̄. nec impetrat ab illo bonū qd̄ poscit. cuius legi non obedit. Si em̄ id qd̄ deus precepit facimus. id qd̄ petimus sine dubio obtinemus. Nā sicut scriptū est: Qui auertit aurē suā ne audiat legē. oratio eius execrabilis erit. Multū apud deū vtraq̄ sibi necessario cōmendant̄ vt oratione opatio. et ope fulciat̄ oratio. Vn̄ etiā Hieremias ait: Leuemus corda nostra cū manibus ad deū. Cor em̄ cum manibus leuat. qui orationē cū ope subleuat. Nā quicūq̄ orat et nō opatur. cor leuat et manus nō leuat. Quisq̄ vero opatur ⁊ nō orat. leuat manus et cor nō leuat. Sed q2 opari necesse est et orare. bn̄

iuxta vtrumqȝ dictū est. Leuemus corda nostra cū manibus ad dñm. ne de negligentia mandatoꝝ corde reprehendamur dum salutē nostrā obtinere aut sola oratione aut sola opatione cōtendimus. Postqȝ bonū opus agimus. lacrime orationū fundant. vt meritū actionis humilitas impetret precibus. Culpabiliter manus ad deū expandit. qui facta sua orando iactanter prodit. sicut phariseus in templo iactanter orabat: seqȝ magis qȝ deū de operibus iustis laudari volebat. Quorundam oratio in peccatū cōuertitur. sicut de iuda proditore scribitur. Qui em̄ iactanter orat laudem appetēdo humanā. non solū eius oratio nō delet peccatum. sed etiā ipsa vertitur in peccatū. Sic iudei vel heretici qui licet ieiunare et orare videantur. eoꝝ tamen oratio nō delet peccatū. nec ad purgationis proficit meritū sed mutatur pocius in peccatū. Ideo interdū oratio electoꝝ in pressuris eoꝝ differtur. vt impioꝝ puersitas augeatur. Uerū dum iusti tpaliter audiuntur. pro eorum fit salute qui eos affligunt. vt dum illis tpali remedio subuenitur. prauoꝝ oculi ad cōuersionē aperiantur. Unde et trium pueroꝝ frigidus ignis fuit. vt Nabuchodonosor deū verum agnosceret. Sicut et ppheta in psalmis ait: Propter inimicos meos eripe me. Proinde tardius exaudiuntur quorundam orationes. vt dum differuntur. fortius excitati maioribus premijs cumulentur. exemplo pruinaꝝ et repressione messium. in quibus quāto tardius sata semina exeunt. tanto ad frugem cumulatius crescunt. Quociens orantes nō cito exaudimur. nostra nobis facta in oculis pponamus vt hoc ipm quod differtur diuine reputetur iusticie. et culpe nostre. Interdum qꝫ pseueranter orantes non cito exaudimur. vtilitatis nostre est non aduersitatis. Sepe em̄ multos deus nō exaudit ad voluntatem. vt exaudiat ad salutem. Multi orantes nō exaudiuntur. qꝛ prouidendo illis deus meliora qȝ petunt reseruat. sicut cōtingere solet puulis qui ne in scolis vapulent deū exorant. sed nō datur illis postulationis effectus quia impeditur talis auditio ad profectum. Non aliter quibusdam electis. Deprecantur em̄ deū pro nōnullis vite huius cōmodis vel aduersis. prouidentia vero diuina tpaliter eoꝝ desiderio minime consulit. qꝛ meliora illius in eternū promit

tit. Oratio priuatis locis oportunis funditur: magisque obtentũ impetrat. dum deo tm̃ teste depromitur. Propriũ aũt ypotritarum est offerre se in oratione videntibus. quorum fructus est nõ deo placere sed gloriã ab hominibus cõparare. Non in multiloquio exaudiuntur hoĩes a deo quasi plurimis eum verbis conentur inflectere. Neque eñ cõciliat eũ multiplex orantis sermo. sed pura sinceraque orationis intentio. Bonum est corde semper orare bonũ etiam et sono vocis deum spiritatibus ymnis glorificare. Nihil est sola voce canere sine cordis intentione. sed sicut ait Apostolus: cantantes in cordibus vestris. hoc est nõ solum voce. sed et corde psallentes. Unde et alibi: Psallam spiritu psallam et mente. Sicut orationibus regimur. ita psalmorum studiis delectamur. Psallendi eñ vtilitas tristicia corda consolatur. gratiores mentes facit. fastidiosos oblectat. inertes exsuscitat. peccatores ad lamenta inuitat. Nam quamuis dura sint carnaliũ corda. stati vt psalmi dulcedo insonuerit. ad affectũ pietatis animũ eorum inflectit. Dum xpianũ nõ vocis modulatio. sed tm̃ verba diuina que ibi dicuntur debeant cõmouere. nescio tñ quo pacto modulatione canentis maior nascitur cõpunctio cordis. Multi eñ reperiuntur qui causatus suauitate cõmoti sua crimina plangunt. atque ex ea parte magis flectuntur ad lacrimas. ex qua psallentis insonuerit dulcedo suauissima. Oratio in presenti tm̃ vita pro remedio peccatorum effunditur. psalmorum autem decantatio perpetuam dei laudẽ demonstrat in gloriam sempiternã. sicut scriptũ est: Beati qui habitant in domo tua dñe. in secula seculorum laudabunt te. Cuius operis ministeriũ quicũque fideliter intentaque mente equitur. quodammodo angelis sociatur.

De lectione. Capitulũ viii

Orationibus mundamur. lectionibus instruamur. vtrumque bonum est. si liceat si non leceat melius est orare quam legere. Qui vult cum deo semper esse. frequẽter debet orare. frequenter et legere. Nam cum oramus ipsi cum deo loquimur. cum vero legimus. deus nobiscum loquitur. Omnis profectus ex lectione et meditatione procedit. Que eñ nescimus lectione discimus. que autem didicimus

meditationibus cõseruamus. Geminum cõfert donum lectio sanctarum scripturarum siue quia intellectum mentis erudit. seu quod a mundi vanitatibus abstractum hominẽ ad amorem dei pducit. Excitati eñ sepe illius sermone subtrahimur a desiderio vite mũdane. atq; accensi in amore sapientie tanto vana spes mortalitatis huius nobis vilescit. quanto amplius legendo spes eterna claruerit. Geminum est lectionis studium primum quomodo scripture intelligantur. scdm qua vtilitate vel dignitate dicant. Erit eñ antea quisq; promptus ad intelligendum que legit. sequenter ydoneus ad proferendum que didicit. Lector strenuus potius ad agendum que legit q̃ ad sciendum erit promptissimus. Minor eñ pena est nescire quid appetas. q̃ ea que noueris non implere. Sicut eñ legendo scire cõcupiscimus: sic sciendo recta que didicimus implere debemus. Lex dei et premiũ habet et penam legentibus eam. premiũ his qui eam bñ viuendo custodiunt. penam vero in eis qui eam male viuendo cõtemnunt. Omnis qui a preceptis dei discedit opere. quociens eadem dei precepta legere vel audire potuerit. corde suo reprehẽsus cõfunditur. quia id quod non agit memoratur. et teste cõscia interius accusatur. Unde et Dauid pph̃eta deprecatur dicẽs: Tunc non cõfundar dum respitio in oĩa mandata tua. Grauiter namq; vnusquisq; confunditur quãdo mandata dei vel legendo vel audiendo respicit. que cõtemnit. Corde eñ reprehenditur dum mandatorum meditatione docetur. quia nõ impleuit opere quod diuina didicit iussione.

De assiduitate legendi.

¶ Capitulum ix.

Nemo potest sensum scripture sancte cognoscere. nisi legendi familiaritate. sicut est scriptum: Ama illam et exaltabit te glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Quãdo quisq; mag; in sacris eloquijs assiduus fuerit. tanto ex eis vberiorem intelligentiam capit. sicut terra que quãto amplius excolitur. tãto vberius fructificat. Quãto amplius ad quãlibet artem homo cõscendit. tanto magis ad hoiem ars ipsa descendit. sicut in lege scribitur: Moyses

accendit in montem. et dñs descendit. Uerum est deocio spi ritali q ille tm̄ secreta diuinoꝝ scrutatur mandatoꝝ. qui ab actione terrene cure reuocauerit animū et sedula familiarita te scripturis sanctis inheserit. Nam sicut cecus et videns pt quidem vterqꝫ ambulare. sed non cōsimili libertate: dum ce cus pergens quo non videt offendat. videns vero offendicu la cauet et quo sit pergendū agnoscat. Sic et qui nubilo ter rene cure fuscatur. si tentet dei scrutari misteria non valet. qꝛ caligine curarum non videt. Quod ille tantumdem efficere valet qui sese de exterioribus seculi curis abstrahit. et totum se in scripturarum meditatione defigit. Quidam habent intel ligentie ingeniū sed negligunt lectionis studium. et qđ legen do scire potuerunt. negligendo cōtemnunt. Quidā vero amo rem sciendi hn̄t. sed tarditate sensus prepediuntur. qui tamē̄ assidua lectione capiunt quod ingeniosi p desidiam non no uerunt. Ingeniū tardius et si non p naturam. p assiduitatem tn̄ lectionis augmentat̄. Nam q̄uis sensus hebetudo sit. fre quēs tn̄ lectio intelligentiā adhibet. Sicut qui tardus est ad capiendū pro intentione tn̄ boni studij premiū pcipit ita qui prestitū sibi ex deo ingeniū intelligētie negligit. cōdemnatio ne reus existit. qꝛ donū quod accepit despicit et p desidiā de relinquit. Quidam dei iudicio donum scie qđ negligūt acci piunt. vt durius de rebus creditꝫ puniantur. Tardiores aūt ideo qđ scire cupiunt difficulter inueniunt. vt p maximo ex ercitio laboris maximum premium habeant retributionis.

De doctrina sine gratia.

Capitulum x.

Doctrina sine adiuuante grā q̄uis infundat̄ auribus ad cor nūq̄ȝ descendit. foris quidē pstrepit. sꝫ interius nihil proficit. Tunc aūt dei s̄mo infusus auribus ad cordis vltima puenit qñ dei grā mentē interius vt intelligat tangit. Sicut eñ quosdā flāma caritatis sue deus illuminat vt vitaliter sapiāt. ita quosdā frigidos torpentesqꝫ deserit vt sine sensu psistant. Pleriqꝫ acumine intelligendi viuaces ex istunt. sꝫ loquēdi inopia angustantur. Quidā vero in vtrisqꝫ pollent. qꝛ et sciendi copiam et dicendi efficaciam habent.

De superbis lectoribus.

Capitulum xi.

Clerici scia accepta scripturarum. non ad dei gloriam sed ad suã laudē vtuntur: dum et ipsa scia extollunt. et ibi peccāt vbi peccata mundare debuerūt. Nunqȝ cōsequuntur legēdo pfectam sciam arrogantes. Nam quis sapiētes in supficie videant. medullitus tñ veritatis archana non tangunt. qȝ supbie nube prepediunt. Semp enim supbi legūt. querūt et nūqȝ inueniunt. Diuine legis penetralia humilibus et bñ ad deū intrantibus patent. prauis autē atqȝ supbis claudunt. Nã quis diuina eloquia in lectione arrogantibus sint apta. in misterio tñ clausa atqȝ occulta st. Dū sermo dei fidelibus lux sit. reprobis aūt ac supbis quodam mō tenebrescit. et vnde illi illuminantur. inde isti excecantur.

De carnalibus lectoribus et hereticis.

Capitulum xij.

Nequaqȝ legē intelligit qui carnaliter vba legis percurrit. sed is qui eã sensu interioris intelligētie prospicit. Nam qui ad lrãm legis intendūt. eius occulta penetrare non pñt. Multi enim non intelligendo spūaliter scripturas. nec eas recte sentiendo in heresim deuoluti. sunt atqȝ in multis erroribus defluxerūt. In solis fidelibus religata ē lex. testante dño per pphetam: Signa testimoniū. signa legē in discipulis meis. ne eam aūt iudeus intelligat aut hereticus qȝ nō est xpi discipulus. Unitatē quippe pacis quã xpus docuit nō sequuntur. de qua idē dñs dicit: In hoc cognoscēt oēs qȝ mei estis discipuli. si dilectionē inter vos habueritis. Scripturas heretici sano sensu nō sapiunt. sed eas ad errorē praue intelligentie ducunt. neqȝ semetipsos earum sensibus subdunt. sȝ eas puerse ad errorem pprium ptrabunt. Doctores errorum prauis psuasionibus ita p argumenta fraudulentie illigant auditores suos vt eos quasi in labirinthum implicent. a quo exire vix valent. Tanta est hereticorum calliditas. vt falsa veris malaqȝ bonis pmisceant. salutaribusqȝ rebus plerumqȝ erro

ris sui virus interserũt. quo facilius possint prauitatatẽ pueri si dogmatis sub spẽ psuadere veritatis. Plerũqȝ sub noie catholicoꝝ doctoꝝ heretici sua dicta cõscribunt. vt indubitanter lecta credantur. Nonnũqȝ etiã blasphemias suas latenti dolo in libris nostroꝝ inserũt. doctrinãqȝ verã adulterando corrumpunt scȝ vel adijciendo que impia sunt vel auferendo que pia st̃. Caute meditãda cautoqȝ sensu probanda st̃ que leguntur. vt iuxta apostolica monita teneamus que recta st̃. et refutemus que contraria veritati existunt. sicqȝ in bonis instruamur vt a malis illesi permaneamus.

De libris gentiliũ. Capi. xiij

Ocete ideo in libris suis venerẽ impudicã martemqȝ adulteꝝ deũ appellare voluerũt. vt psuaderet mentes hoĩm quasi deus imitari malũ. vt dum libidinosa psuasione ad intentionẽ eoꝝ flagitia cõfidenter cõmittunt. nõ quasi hoies pditos. sȝ quasi celestes deos imitari videantur. Ideo phibetur xp̃ianis figmenta legere poetaꝝ. qꝛ p oblectamenta inaniũ fabulaꝝ mentẽ excitant ad incentiua libidinũ. Non eñ solũ thura offerendo demonibus immolat̃. sed etiã eoꝝ dicta libentius capiendo. Quidam plus meditari delectantur gentiliũ dicta pter tumentẽ et ornatũ sermonem. qȝ scripturã sanctam pter eloquiũ humile. Sed qd prodest in mundanis doctrinis pficere et inanescere in diuinis: caduca sequi figmenta et ad celestia fastidire misteria: Cauendi sunt igit̃ tales libri et pter amorem sanctaꝝ scripturaꝝ vitandi. Gentiliũ dicta exterius verboꝝ eloquẽtia nitent. interius vacua virtutis sapientia manẽt. Eloquia aũt sacra exterius incompta v̾bis apparent intrinsecus aũt misterioꝝ sapientia fulgent. Uñ et Apostolus: habemus inquit thezaurũ istum in vasis fictilibus. Sermo quippe dei occultũ habet fulgorẽ sapientie et veritatis repositũ in verboꝝ vilissimis vasculis. Ideo libri sancti simplici sermone cõscripti sunt. vt nõ in sapientia verbi sed in ostensione spiritus hoies ad fidem pducerentur. Nam si dyalectici acuminis versutia. aut rhetorice artis eloquentia editi essent. nequaqȝ putaretur fides xp̃i in

dei virtute. sed in eloquētie humane argumentis cōsistere. nec quemq̄ʒ crederemus ad fidem diuino inspiramine prouocari sed pocius verborum calliditate seduci. Omnis secularis doctrina spumantibus verbis resonans. ac per se eloquentie tumorem attollens. p doctrinam simplicem et humilem xp̄i euacuata est. sicut scriptū est: Nonne stultā fecit deus sapientiā huius mundi: Fastidiosis atq̄ʒ loquacibus scripture sancte minus ꝓpter sermonem simplicem placent. Gentili eñ eloquentie comparata videtur illis indigna. q̄ si animo humili misteria eius intendant. confestim aduertunt quantum excelsa sunt. que in illis despiciunt. In lectione non verba. sed veritas est amanda. Sepe autem reperitur simplicitas veridica. et composita falsitas. que hominem suis erroribus allicit. et per lingue ornamenta loqueos dulces aspergit. Nihil aliud agit amor mundane scientie. nisi extollere laudibus hominē. Nam quāto maiora fuerint litteratura studia. tāto animus arrogantie fastu inflatus. maiore intumescit iactantia. Unde et bñ Psalmus ait: Quia non cognoui litteraturā introibo in potentias dñi. Simplicioribus litteris non est preponendus fucus grāmatice artis. Meliores sunt eñ cōmunes lr̄e. quia simpliciores et ad solam humilitatem legentiū ptinentes. ille vero nequiores. quia ingerunt hominibus pnitiosam mentis elationem. Meliores esse grāmaticos q̄ʒ hereticos. heretici enim haustum letiferi succi hominibus psuadendo ꝓpinant. grāmaticoꝝ autē doctrina potest etiā proficere ad vitam. dum fuerit in meliores vsus assumpta.

¶ De collatione. ¶ Capitulum xiiij.

Um sit vtilis ad instruendum lectio. adhibita autem collatione maiorē intelligentiam prebet. Melius est eñ cōferre q̄ʒ legere. Collatio aūt docibilitatē facit. Nā ꝓpositis interrogationibus cunctatio reꝝ excludit. et sepe obiectionibus latēs veritas app̄obat. Quod eñ obscurū aut dubiū est. cōferēdo cito prospicit. Multū psunt in collatiōe figure. Res eñ que minus p se aduertuntur. p cōparationem reꝝ facile capiunt. Nā sepe sub spē alia spiritales causas scripture diuine insinuāt et nisi p aliquā euidentē ostensionē

vix apparent occulta legis misteria. Sicut instruere solet col latio. ita cōtentio destruit. Hec enī relicto sensu veritatꝫ lites generat. et pugnando verbis etiā in deū blasphemiā ingerit. Inde et hereses et scismata. quibus subuertit fides. veritas corrumpitur. scinditur caritas. Cōtentiosoꝝ studiū non pro veritate. sꝫ pro appetitu laudis certat. tantaqꝫ est in his puer sitas vt veritati cedere nesciāt. ipsamqꝫ rectāqꝫ doctrinā eua cuare cōtendant. In disputatione infideliū cauenda est ꝓposi tionū artificiosa subtilitas. que callidis obiectionibus retia tendit. Ita enī versutis assertionibus prauoꝝ disputatio in nodatur. vt recta esse simulēt que ꝑuersa ꝑsuadēt. Lectio me morie auxilio eget. Que si fuerit naturaliter tardior. frequēti ta men meditatione acuitur ac legendi assiduitate colligit. Se pe ꝓlixa lectio longitudinis causa memoriā legentis oblitte rat. Que si breuis sit submotoqꝫ libro sententia retractetur in aīo. tunc sine labore legit. et ea que lecta stꝫ recolendo memo ria minime excidunt. Acceptabilior est sensibus lectio tacita q̄ꝫ aperta. Amplius enī intellectus instruitur qn̄ vox legentis quiescit. et sub silentio lingua mouetur. Nam clare legendo et corpus lassatur vt vocis acumen obtunditur.

De contemplatione et actione. ¶ Capitulum xv.

Actiua vita innocentia est opeꝝ bonoꝝ. cōtemplatiua speculatio supnoꝝ. Illa cōmunis multoꝝ est. ista vero paucoꝝ. Actiua vita mundanis rebus bn̄ vtit. cōtemplatiua vero mundo renuncians. soli deo viuere delec tatur. Qui prius in actiua vita proficit. ad cōtemplationē be ne conscendit. Merito enī in ista sustollitur. qꝛ in illa vtilis inuenitur. Quicūqꝫ adhuc tpalem gloriā aut carnalē affectat cōcupiscentiā a cōtemplatione ꝓhibetur. vt positus in actiua lis vite opatione purgetur. In ista enī prius ꝑ exercitiū boni opis cuncta exhaurienda stꝫ vicia. vt in illa iam pura mentis acie ad cōtemplandū deū quisqꝫ ptrāseat. Et licet cōuersus statim ad cōtemplationē cōscendere cupiat. tn̄ rōne cogitur vt prius in actiue vite operatione versetur. Exemplum enim

actiue vite de Jacob sume. qui dum ad Rachel hoc est ad vi
sum principiũ destinaret. que cõtemplationē significat. lia il
li. hoc est laboriosa vita supponitur q̄ actiuã demonstrat. Si
cut sepultus ab oī negocio terreno priuatur. ita et cõtempla
tioni vacans ab oī occupatione actiuali auertitur. Et sicut
ab actuali vita conscendentes in cõtemplationis quiete sepe
liuntur. ita ab actione seculi recedentes eos vita actiua in se
quasi sepeliendo suscipit. ac ꝑ hoc vite mũdane actiua vita. et
vite actiue cõtemplatiua sepulchrũ est. Uiri sancti sicut a secre
to cõtemplationis egrediunẗ ad publicũ actionis. ita rursus
ab actionis manifesto ad secretum cõtemplationis intime re
uertuntur. vt intus deũ laudent vbi acceperũt vnde et foris
ad eius gloriã operanẗ. Sicut aquile moris est sꝑ oculũ in
radium solis infigere. nec deflectere nisi esce solius obtentu.
ita et sancti a cõtemplatione ad actualem vitã interdũ reflec
tuntur. cõsiderantes illa summa sic esse vtilia. vt tñ ista humi
lia sint paululũ nostre indigentie necessaria. In actiue vite ge
nere humana intentio ꝑseueranter incedit. in cõtemplatione
aũt sese ꝑ interualla resumit: qꝛ diuturnitate cõtemplandi las
satur. Uisio aīaliũ in Ezechiele. que ibant et nõ reuertebanẗ
ꝑtinet ad vite actiue ꝑseuerantiã. et iteꝝ ea aīalia q̄ ibant et re
uertebanẗ ꝑtinēt ad cõtemplatiue vite mensurã. in qua dum
quisqȝ intenderit. sua reuerberatus infirmitate reflectiẗ. atqȝ
iteꝝ renouata intentiōe ad ea vñ descenderat rursus erigiẗ.
Quod fieri in actiua vita non p̄t. de quasi quisqȝ deflectat vel
ad modicũ. statim vicioꝝ excipitur fluxu. Oculus dexter scã
dalizans quē euelli dñs precepit. vita cõtemplatiua est. Duo
oculi in facie. actiua vita et cõtemplatiua in hoīe. Qui igitur
ꝑ cõtemplationē ceciderit in errorem: melius est si euellat cõ
templationis oculũ. seruans sibi vnũ vite actualis obtutũ. vt
sit vtilius illi ꝑ simplicē actionē ire ad vitã q̄ȝ ꝑ cõtemplatio
nis errorē mitti in gehennã. Sepe mēs ad summa ab imis
erigiẗ. et sepe a summis ad infima pondere carnis inclinata
reflectiẗ. Multos ds̄ ex carnalibus sua grã visitat. et ad cõ
templationis fastigiũ eleuat multosqȝ a cõtemplatione iusto
iudicio deserit. et lapsos in terrenis operibus derelinquit.

De cōtemptoribus mundi.

Capitulum xvi.

A que seculi amatoribus chara sunt. sancti velut ad uersa refugiunt. plusq̄ȝ aduersitatibus mūdi gaudent q̄ȝ prosperitatibus delectenť. Alienos esse a deo quibus hoc seculum ad omne cōmodum prosperatur. Seruis aūt dei cuncta huius mūdi cōtraria sunt. vt dum ista aduersa sentiunt. ad celeste desiderium ardentius excitentur. Magna apud deū refulget gratia. qui huic mundo cōtemptibilis fuerit. Nam reuera necesse est vt quē mundus odit diligatur a deo. Sanctos viros in hoc seculo legimus ꝑegrinos esse et hospites. Unde et reprehenditur Petrus q̄ꝛ tabernaculū in monte fieri cogitauit quia sanctis in hoc mundo tabernaculum nō est quibus patria et domus in celo est. Sancti viri ideo cōtemnere cupiunt mundum. et motum mentis ad supna reuocare. vt ibi se recolligant vnde defluxerunt. et inde se subtrahant vbi dispersi sunt. Iusti qui rebus honoribusq̄ȝ ac vite blandimentis renunciant. ꝑinde se ab oī terrena possessione mortificant vt deo viuunt. ideoq̄ȝ seculi huius blanditias calcant vt validiores ad vitam illā de huius vite mortificatione cōsurgant. Cuncta quippe tp̄alia quasi herbe virentes arescunt et transeunt. ideoq̄ȝ et pro eternis rebus que nū q̄ȝ arescunt. recte ista dei seruus cōtemnit quia in eis stabilitatem nō aspicit. Qui post renunciationē mundi ad supernam patriā sanctis desiderijs inhiat. ad hac terrena intētione quasi quibusdā pennis subleuatus erigiť. et in quo lapsus erat ꝑ gemitū conspicit. et vbi ꝑuenerit. cū gaudio magno intendit. Qui vero a cōtemplationis require reflexus in curis huius seculi incidit. si ad memoriam sui reuertatur. protinus ingemescit. quātumq̄ȝ fuerint tranquilla que perdidit et q̄ȝ confusa sint in quibus cecidit. ex ipsa laboris sui difficultate cognoscit. Quid eñ in hac vita laboriosius q̄ȝ terrenis desiderijs estuare. aut quid hic securius q̄ȝ huius seculi nihil appetere? Qui eñ hunc mundū diligunt. turbulentis eius curis et sollicitudinibus cōturbantur. Qui aūt eum odiunt nec sequun

tur interne quietis trāquillitate fruentes. future pacis requiem quā illic expectant. hic quodammō habere iam incboant.

De sanctis qui se a cōsortio seculi separant. Capitulum xvij.

Sancti viri funditus seculo renunciātes. ita huic mūdo moriuntur vt soli deo viuere delectentur quantoqꝫ ab huius seculi cōuersatione se subtrahūt. tanto interne mentis acie presentiā dei et angelice societatis frequentiam cōtemplantur. Malorum tam praua sunt opera manifesta. vt hi qui supnam patriam desiderant. nō solum mores eoꝝ sed et cōsortia fugiantur. Quidam etiam corporaliter se parari desiderant ab iniquis. vt eoꝝ non inuoluuntur delictis. Nonnulli et si non corporali discessu spiritali tamen ab eis intentione recedunt qui et si cōmunes sīt conuersatione discreti tamē sīt corde vel ope. Et licet sepe ī medio carnaliū vitā. deus ꝓtegat electoꝝ. tamen satis rarū est vt quisqꝫ inter seculi voluptates positus a vicijs maneat illibatus. in qbus et si nō cito implicet. aliqñ tamē attrahitur. Neqꝫ em̄ diu tutus esse poterit qui periculo ꝓximus fuerit. Via sine offendiculo :: vita monachi sine cupiditatis et timoris impedimēto. Dum em̄ quisqꝫ a cōsortio mūdi abstrahitur. nec cupiditas eū obligat cōsentientē. nec cruciat sentientē. Bonū est corporaliter remotū esse a mūdo. sꝫ multo est melius voluntate. vtrūqꝫ vero ꝑfecte. Ille ergo ꝑfectus est qui huic seculo et corpe et corde discretus est. Onager vt ait Job cōtemnit ciuitatem. et monachus cōmunem secularium ciuium cōuersationem. Hi aduersa vite nostre appetunt. prospera cōtemnunt vt dū ab eis hec vita despicitur. futura inueniatur.

De preceptis altioribus monachorum. Capitulum xviij.

Alia sīt precepta que dantur fidelibus cōem vitā in seculo agentibus. atqꝫ alia seculo hinc renūciantibus Illis em̄ dicit vt sua oīa bene gerāt. istis vt sua oīa derelinquāt. Illi preceptis generalibus astringuntur. isti precepta generalia ꝑfectius viuēdo trāscendunt. Ad ꝑfectum nō

sufficit nisi vt abnegatis oibus suis etiã se ipm quisqʒ abneget. Sed qd est se ipm abnegare. nisi voluntatibus ꝓprijs renunciare: vt qui supbus erat sit humilis. qui iracundus. esse studeat mansuetus. Nã si ita quisqʒ renunciat que possidet oibus. vt suis nõ renũciet moribus. nõ est xpi discipulus. Qui em̃ renunciat oibus rebus suis. sua abnegat: qui vero renunciat moribus prauis. semetipsum scʒ abnegat: Unde et dñs: Qui vult inquit post me venire. abneget semetipsum.

De tempore monachorum.

Capitulum xix.

Ui nõ rigida intentõe monachi professionẽ sectant: quãto supni amoris ꝓpositũ dissolute appetunt. tãto procliuius ad mundi amorẽ denuo reducunt. Nam professio non pfecta. pñtis vite repetit desideria. in quibus et si nondum se monachus alliget ope. iam tñ alligat cogitationis amore. Longe quippe a deo est animus cui hec adhuc vita dulcis et est. Iste em̃ quid de supnis appetat. qd ve de infimis fugiat nescit. Nam sicut scriptum est: qui apponit scientiã apponit et dolorẽ. Quãtum em̃ quisqʒ potuerit supna scire que appetat tanto de infimis acrius quibus inheret dolere debet. Propter hoc em̃ ⁊ Jacobus apostolus dicit: Miseri estote. lugete et plorate. risus vester in luctũ cõuertatur et gaudiũ in merorẽ. Hinc etiã dñs: Beati inquit qui lugent qm̃ ipsi cõsolabuntur. Et rursum: ve vobis qui ridetis. qm̃ flebitis. Qui ad hoc cõuersionẽ sanctitatis pretendit. vt alijs quãdoqʒ preesse desideret. iste non discipulus xpi sed prauitatis sectator existit. quia non pro deo sʒ pro seculi honore portare studet crucis xpi laborem.

De humilitate monachi vel opere.

Capitulum xx.

Umma virtus monachi humilitas. summum viciũ cius supbia est. Tunc aũt se quisqʒ monachũ iudicet qñ se minimũ existimauerit. etiã cum maiora virtutũ opa gesserit. Qui mundum deserũt et tñ virtutes preceptoꝝ sine cordis humilitate sequuntur isti quasi de excelso grauius

corruunt. q2 deterius ꝑ virtutū elationē deijciuntur q̄ꝫ ꝑ vi
cia prolabi potuerūt. Omnis dei seruus de suis meritis nō
debet extolli. dum posse videat ex inferioribus sibi ꝓlatiores
alios fieri. Nouerit aūt oīs sanctus se alterius nō preponere
sanctitati. Semper eñi cōscia serui dei humilis esse debet et
tristis. scꝫ vt ꝑ humilitatē non supbiat. et ꝑ vtilem merorem
cor ad lasciuiā non dissoluat. Dei seruus dum bonū aliquod
opus agit. vtrum ei ad boni remunerationē ꝑtineat que facit.
incertus ē. ne forte discussione celestis iudicis reus pensetur.
et in his que dei sūt. negligenter aut supbie aliq̄d operasse in
ueniatur. Ideoqꝫ pro hoc ipso tristis merensqꝫ efficit atqꝫ in
desinenter turbat reminiscēs proculdubio scriptū esse: male
dictus qui facit opus dñi negligenter. Nā veraciter cōdem
namur si ꝑ torporem ea que bona sūt agimus. Dei seruū sine
intermissione legere orare et opari oportet: ne forte mentem
ocio debitam spiritus fornicationis subripiat. Cedit eñi la
bori voluptas. animū aūt vacantē cito preoccupat. Contue
re Salomonem ꝑ ocium multis fornicationibus inuolutū.
et per fornicationis vicium vsqꝫ in idolatriam lapsum.

De monachis qui curis se culi occupantur. Capitulum xxi.

I qui pro dei timore seculo renunciant ꝛ tñ curis re
rum familiariū implicant. q̄tāto se reꝝ studijs occu
pant tāto a caritate diuina seipsos separant. Qui si
mul ꝛ terrenis parere curis et diuinis exercere studēt. vtrūqꝫ
cōplectere simul nō valent. Nā duas curas pariter inesse pec
tori humano nō posse. et duobus seruientē dominis vtrisqꝫ
placere difficile esse. Nisi prius a secretioribus corde expellat
importuna seculariū multitudo curaꝝ. aīa que intrinsecus ia
cet nequaq̄ꝫ resurgit. Nā dum se ꝑ innumeras seculi cogita
tiones spargit. ad cōsiderationē sui se nullatenus colligit. Ar
guitur eoꝝ tepor q̄ deo vacare volentes et mūdo renunciāt
et curas ꝓprias aspernantur. sꝫ dum ꝓpinquoꝝ vtilitates ꝓ
curāt. a dei amore se separāt. Uir spiritalis ita prodesse debet
sue ꝓpinquitati. vt dum illis gratiā carnis prestare studet. ipse
a spiritali ꝓposito nequaq̄ꝫ declinet. Multi eñi monachoꝝ

amore parentū nō solum terrenis curis. sed etiā forensibus iurgijs inuoluuntur et pro suoꝝ tꝑali salute suas animas ꝑdiderūt. Interdū ordinata discretio ē dum negatur primo qꝺ prestatꝛ extraneo. vt noueris nō ꝓhiberi pietatis officiū ſꝫ negari carnalitatis affectū. Parentibus em̄ carnaliter prestatꝛ. qꝺ extraneis pie impenditꝛ. Sicut nrā nobis nō odienda est aīa sed eius carnales affectus odio habere debemus. ita nec parentes odio a nobis habendi sūt. sed eoꝝ impedimēta que nos ab itinere recto prepediunt. dum tñ dn̄s ita precipiat nobis parētes amare sicut et animas nostras. Figurā scōꝝ virorꝝ renunciantiū seculo vaccas designasse allophiloꝝ archā dei gestantes. Nam sicut ille pignoꝝ affectibus a recto itinere minime digresse sūt. ita et vir sanctus mundo renuncians parentele obtentu non debet a bono impidiri proposito.

De his qui a deo mūdi amore prepediuntur. ¶ Capitulum xxij.

Ulti cupiunt cōuolare ad gratiā dei. ſꝫ timent carere oblectamenta mundi. Prouocat quidem eos amor xp̄i. ſꝫ reuocat cupiditas seculi. Qui proinde obliuiscuntur voti. qꝛ capiuntꝛ illeceberis vanitatis. Quecūqꝫ mens procellis mūdi huius inuolueris. lignū cōscende crucis vt a mari id ē tempestate huius seculi libereris. Nā nullus te a lacu mortis humane saluabit. nisi xp̄s eruerit. Qui seculo renūciare disposuit. trāsgressionis reatu astringitꝛ. si votū mutauerit. Atrociter em̄ in discussione diuini iudicij arguēdi sūt. qui qꝺ professione spoponderāt. implere oꝑe cōtempserūt. Mirabiliter cōparatur similitudo a voluptatibus mūdi conanti redire ad deū retinentibus seculi. ei qui dormitans exurgere conantur et sopore somni depriīmitꝛ. Ille em̄ ad bonū nouit redire et voluptatū fascibus nō sinitur. iste melius elegit vigilare ſꝫ soporis torpore tenet. A bono in deterius lapsos suꝑ carbones frigidos fieri nigriores. qꝛ ꝑ torporē mentis ab igne caritatis dei extincti sūt. et ꝑ mundi appetitū a luce suꝑne illuminationis priuati nigredine peccatoꝝ fuscantur. Quidam intentionē bone oꝑationis metu extinguunt inope. nec ꝑmittuntur infirma mente desiderata ꝑficere. et cū indigere

in mundo metuunt. a gloria superna semetipsos abscindunt. Multis cõsiliorum argumentis insidiatur eis dyabolus in acquirendo plurima. qui in paucis et modicis nouerãt esse cõtenti. Opponit igitur in eorum mentes futuras filiorum egestates persuadet habere plura vnde sibi egenisque sufficiat. quatenus his blandimentis intentionẽ bone deuotionis subuertat atque in terrenis lucris deceptam mentẽ reducat. Multis argumẽtis insidiatur dyabolus eis qui renunciant seculo. vt eius se iterum amori substernant. Grauius aũt illos in cõcupiscentijs seculi ferit. quos post renunciationẽ ad mundi amorem reduxerit. Et maximẽ per cenodoxiam subijcit sibi dyabolus monachum. vt quẽ per seculi amorem retinere non potuit. ab humilitatis culmine subtrahat. et superbie tumore sibi subditum faciat. Dei seruus semper fallentis diaboli preuidere debet insidias. et magis in bonis operibus debet adhibere cautelam. ne per vanam gloriã perdat semetipsum ac pereat. cunctaque bona amittat que recte agendo obtinuerat.

De iactantia. Capi. xxiiii

Tam in factis quam in dictis cauenda ẽ iactantia. flenda tñ est ruina sibi quẽque magis quam deo placere. et laudẽ ab hoibus cõparare. Uanus et erroris est animus plenus. famã appetere et ad capiendã terrenã laudem studiũ dare. Circũspice temetipsum hõ. nihilque tibi arroges debis quod in te sit preter peccatũ. Non declinat ad dexterã. qui nõ sibi sed deo tribuit bona que agit. neque ad sinistrã se vertit qui de diuina indulgentia peccãdi licentiã nõ presumit. hoc est quod propheta ait: Hec via ãbulate in ea neque ad dexterã neque ad sinistrã declinãtes. Uerum est quod natura expetit delectari in laudibus. sed tunc recte si in deo non in se quisque laudetur. sicut scriptũ est: In dño laudabitur anima mea. Sepe vanam gloriã cõtemnendo. in aliud genus elationis inciditur dum in se quisque gloriatur pro eo cõtemnat ab hoibus laudẽ. Quibusdam cõcessum est tandem bene agere et fructum boni operis nõ habere. quod ipsi sibi auferũt per studiũ humane iactantie. Semper suã aspiciant feditatẽ qui vane glorie fauores diligũt et perdidisse bonũ opus doleant quod pro humana ostentatione fecerunt.

Amator vane glorie vnde possit sp laudari agere non quies
cit.subinde illi vires vanitatis.prauus appetitus auget. Bo
ni operis inchoatio non debet cicius palam ad hoim cogni
tionē venire.ne dum boni inchoatio.humanis oculis resera
tur.a virtute pfectionis inanescat intentio sanctitatis. Ante
maturitatis eñ tempus messes cito pereunt germinaqz inuti
lia fiunt. Uirtutes sanctoꝝ per ostentationis appetitū domi
nio demonū immundoꝝ subijciuntur. sicut Ezechias rex q̄
diuicias suas chaldais p iactantiā prodidit.et ppterea peritu
ras per pphetam audiuit.vt significaret dei seruum virtutes
suas dum vnde glorie studio prodiderit.statim demones suo
rum opeꝝ dominos facere sicut ille p ostentationē chaldeos
reꝝ dominos fecit. Optima est illa discretio.vt et nota sint
opa nostra ad dei agendam gloriā.et occulta p elatione vitā
da humana. Jlle aūt debet publicare bonū qd agit.qui pfec
ta humilitate fundatus.nulla iā elatione cōtingitur.nam is
qui se intelligit adhuc amorē laudis pulsari.facta bona in oc
culto agat.ne forte qd egerit perdat. Interdū viri sancti dū
cupiunt funditus suā mutabilitatē corrigere.aliquāto tumo
re tangunt elationis sue cōscij actionis iusticie.sed ab huius
subreptionis malo humilitatis cōpunctione purgant. Uiri
sancti nōnunqz quosdam de se audientes instruunt. et tñ in
his alta se cōsideratione custodiunt.ne dum alios a terrena
intentiōe erigunt.ipsi in terrene laudis appetitu demergant.
Quidam p incautā virtutū iactantiā relabunt ad vicia.et qui
dam dum vicioꝝ impulsum frequēter plangūt. de ipsa infir
mitate p humilitatē validius cōualescunt. Plerūqz vtile ē ar
rogantibus deseri deo. quatenus sue infirmitatis conscij ad
humilitatē redeant et humiles post casum existant. Nonnul
li falsa opinione arrogantie se esse pfectos existimāt.dum nō
sint qui abortis tentionibus innotescāt. Tanto quisqz fit ve
ritati vicinior.quāto se esse longius ab ea fuerit arbitratus.
Hoc eñ humilitatis est.que deo hoiem iungit. Ceterum iac
tantia oculos quibus videri poterat claudit. Sicut solis ra
dius dum conspicitur acies oculi hebetatur.sic et qui immo
derate altiora se scrutatur.ab intentione veri obtundit. Si
cut aquila ex alto ad escas collabit.sic homo de alto bone cō

uersationis p carnalem appetitum ad inferiora demergitur.

De hypocrisi. Capi. xxiiij

Ypocrita verba sanctoꝝ habet. vitam non habet et quos p sermonem doctrine genuerit. non fouet exemplis sed deserit. qꝛ quos verbo edificat. vita et moribus destruit. Hypocrite simulatores dicuntur qui iusti non esse querunt sed tm̄ videri cupiunt. Hi mala agunt. et bona profitentur. Per ostentationē quippe boni apparent. p actionem vero mali existunt. Omnia pn̄t a simplicibus vicia ppetrari. simulatio vero et hypocrisis non cōmittitur nisi a male astutis p calliditatē valentibus vicia sub specie virtutū celare et non verā sanctitatē obijcere. Sancti non solū gloriā supra modum suū omnino nō appetunt. sed etiā hoc ipm videri refugiunt quod esse meruerunt: Hypocrite aūt malicie sue occulta regentes ante oculos hoīm quadam innocentie sanctitate se vestigunt vt venerentur. Quibus bene diuina voce dicitur: Ue vobis hypocrite qꝛ similes facti estis sepulchris de albatis. que foris quidem apparēt hoībus speciosa. intus vero plena sꝫ ossibus mortuoꝝ. Ita et vos quidem foris apparetis hoībus iusti. intus vero pleni estis auaritia et iniquitate. Dupliciter damnantur hypocrite. siue p occulta iniquitate. siue pro apta simulatione. Ex illo em̄ cōdemnantur. qꝛ iniqui sꝫ. ex isto qꝛ ostendunt quod non sꝫ. Nō semp latent hypocrite. nam et si in principio sui quidam non pateant. prius tamen q̄ȝ vita eoꝝ finiatur q̄ȝ simulate vixerint deteguntur. Omne em̄ sincerum pmanet. Nā que simulata sꝫ diuturna esse non pn̄t. Non eoꝝ desperanda est salus qui adhuc aliquid terrenū sapiunt dum possint et in occultis agere vnde iustificentur. Hi em̄ meliores sunt hypocritis eo q̄ mali sint in apto et in occulto boni. Hypocrite vero in occulto mali sunt. et bonos se palam ostendunt. Hypocritā iustus arguere prohibetur ne deterior castigatus existat. dicente Salomone: Noli arguere derisorem ne oderit te.

De inuidia. Capitulū xxv

liuor alieni boni suū ponit auctorem. Nam vnde bonus proficit. inde inuidus cōtabescit. Hoīes praue viuentes sicut de bonoꝝ lapsibus gratulant. ita de eoꝝ recte factis boniqꝫ pseuerantia cōfunduntur. Inuidus membrū est dyaboli. cuius inuidia mors introiuit in orbem terraꝝ. Sicut et supbus membrū est dyaboli de quo scriptū est. Omne sublime videt. et ipse est rex sup oēs filios supbie. Nulla est virtus que nō habeat cōtrariū inuidie malū. Sola miseria caret inuidia. qꝛ nemo inuidet misero. cui reuera nō liuor obijcitur sꝫ sola misericordia odhibet. Multi et bonos imitari volunt et de bonoꝝ profectibus inuidie liuore tabescunt. Quo fit vt nec illi corrigantur a malo suo. sed p inuidentiā deteriorent. et bonos a recto studio quātum in ipsis est. si potuerint deprauare conentur. Quādo malos boni proficere vident. nō scādalizentur sed quē sint finē habituri maxime cogitent. Hoc oīs inuidus alienis virtutibus prestat. qđ beato Job sathan prestitit. Nā dum emulatur prosperitatibus. cōmouit aduersa. Sed dum credidit eū dyabolus posse psternere. inde eius aucta sꝫ merita atqꝫ inde claruerūt probabiliora pacientie documenta. Ita requirūt inuidi aditum male fame. per quā bonoꝝ vitam maculent. sicut querebant ostium sodomite. quo domū Loth nocituri introirent. Illi vero cecitate erroris pcussi parietes videbant: ostiū non inueniebant. nō aliter inuidi viuendo velut parietē virtutes dissimulant vicia vero pquirunt p que eoꝝ cōscientiam vrant.

De simulatione. Capi. xxvi

Fraudulentie genus in modū pharetre subtiliter insidiaꝝ sagittas celat. vt falsam faciat securitatē decipi atqꝫ callide eū cōtra quē molit occulte. Cauendus ē inimicus qui manifestus est. sed magis ille qui videri non pt. Facile eñ vincimus q̄ videmus. que aūt non videmus difficile a nobis expellimus. Raro nocetur bō ab extraneis. si sui eū non ledant. Magis eñ insidijs nostroꝝ q̄ł alioꝝ periclitamur. Latent sepe venena circū lita melle verboꝝ. Et tam diu deceptor bonitatem simulat quousqꝫ fallendo decipiat.

De odio. Capitulū xxvij

On homines sz vicia odio habenda sunt. Flebiliter aūt deplorandi sunt. qui odio in fratrem tabescūt et cōtra alios pniciosum animi dolū seruant. A regno eñ dei se separāt. qui semetipsos a caritate dissociant. Sicut mater ecclesia praue ab hoibus hereticis premitur. sz tamen eos venientes ad se benigna caritate amplectif. ita et singuli nostrū quoscūqz inimicos sustinemus. reuertentes materna imitatione amplecti stati debemus. Cito est ignoscendū cui qz dū, veniā postulat. Nō posse peccata dimitti ei qui in se peccanti debita nō dimittit. Formam eñ nobis indulgentie deus ex merito conditionis nostre inposuit. ita dum orare nos precepit. Dimitte nobis debita nrā. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Justū est eñ dei iudiciū. tantūqz peccatori a se indulgeri ostēdit quātum alterutro vnusquisqz in se offenso indulget. Quidam de suis fidētes meritis pigre in se delinquētibus veniā prestant. sed nihil proficit esse illibatū a culpa qui non est paratus ad veniā. dum potius hec magna sit culpa. qñ tardius relaxant fraterna delicta. Qui fratrē sibi tardius recōsiliat: deū sibi tardius placat. Frustra eñ ꝓpiciari sibi deū querit. qui cito placari in proximū negligit.

De dilectione. Capi. xxviij

Uo sūt erga dilectionē proximi conseruanda. vnū ne malū quis inferat. alterū vt bonū intendat. Primū vt caueat ledere. sequēter vt discat prestare. Amicitia est aīoꝝ societas. Hec quippe a duobus incipit. Nā minus qz inter duos dilectio esse nō poterit. Antiqui eñ dixerūt de societate duoꝝ vnā esse animam in duobus corpibus ꝓpter vim scz amoris. sicut in actibus apostoloꝝ legimus: Erat illis cor vnū in aīa vna. nō qz multa corpa vnā habeāt animā. sed qz vinculo et igne caritatis cōiuncti vnū oēs generaliter sine dissensione sapiebāt. Amicicia et ꝓsperas res dulciores esse facit et aduersas cōmunione tēperat. leuioresqz reddit. qz dum in tribulatione amici cōsolatio adiungitur. nec frangit

animus nec cadere patitur. Tūc vere amicus amatur. si non p se sed p deo ametur. Qui vero p se amicum diligit insipienter eum amplectitur. Multū in terra dimersus est. qui carnaliter hoīem moriturū plus diligit q̄ȝ oportet. Qui em̄ intemperanter amicum amat. pro se magis illum q̄ȝ pro deo amat. Quātum ergo bonus est qui pro deo fratrem diligit. tm̄ pernitiosus qui eum pro seipso amplectitur. Plerumqȝ diligit in alio homo. quod odit in se. vtpote in infantibus. Amamus em̄ quādam eoꝝ ignauiam. et tamen odimus. qꝛ ignaui esse volumus. Sic lapides equos et cetera quelibet diligimus. sed tamen nolumus hoc esse etiam si possumus.

¶De fictis amicis. ¶Capitulum xxix.

Ito per aduersa fraudulentus ptȝ amicus. Nam in ꝓsperitate in certa est amicicia. nec scitur vtrū ꝑsona an felicitas diligatur. Sepe ꝑ simulationē amicicia colit̄. vt q̄ nō potuit apte decipe. decipiat fraudulenter. Tūc quisqȝ magꝫ fit pietati iusticieqȝ diuine cōtrarius. qn̄ despicit amicū aliqua aduersitate ꝑcussum. Qua in re et sibi occasionē mercedis tollit. et erga ꝑcussionē ꝓximi crudelis existit. veluti actū est inter Lazarū vlcerosum diuitēqȝ supbum. Per aduersa igit̄ et prospera cōprobat̄. si vtiqȝ vere diligat̄ deus ⁊ ꝓximus. qꝛ dū aduersa ꝓcedunt. amicus fraudulētus detegit̄ statimqȝ despicit quē se diligere simulauit. amicicia certa nulla vi excludit̄. nullo tpe aboletur. Ubicūqȝ ei se verterit tempus illa firma est. Rari stꝫ amici qui vsqȝ in finē existant cari. Nā multos a caritate aut aduersitas tpis aut cōtentio quelibet. actionis auertit. Sepe ⁊ ꝓhonores quorundā mutant̄ et mores. et quos ante cōglutinatos caritate habuerunt. postq̄ȝ ad culmen honoris venerint. amicos habere despiciunt.

De amicicia munere orta-
Capitulum xxx.

Nter veros amicos amicicia ex beniuolentia oritur. inter fictos benificio adiungitur. Non stꝫ fideles in amicicia quos munus nō gratia copulat. Nam cito deserūt nisi ꝑ acceperint. Dilectio em̄ que munere glutinat̄.

eodē suspenso dissoluit. Illa ꝟo est amicitia que nihil querit ex rebus amici nisi solā beniuolentiā.scʒ vt gratis amet amantem. Plerūqʒ amicitia ex necessitate vel indigētia nascitur vt sit ꝑ quē quisqʒ quod desiderat cōsequatur. Ille aūt eam veraciter querit.qui nihil egendo eam appetit. Nam illa ex inopia breuis et et fucata.ista pura atqʒ ꝑpetua.

De cōcordia maloꝝ. C.xxxi

Amicitia in rebus tm̄ bonis habenda est. Nam qui ea in malo vtuntur.nō sibi amici sʒ inimici existunt. Concordiā maloꝝ cōtrariā esse bonoꝝ. Et sicut optandū est vt boni pacē habeāt inuicē.sic optandū est vt mali inuicē sint discordes. Unanimitatē quippe maloꝝ bonoꝝ esse cōtrariā Paulus apostolus approbatq̄ malos cōtra se diuidit quos in necē suā cōcordasse cōspexit. Inde ⁊ in lege. mare rubrū hoc ē cōcordia maloꝝ hoīm: diuidit.vt electoꝝ via tendens ad beatitudinē non impediat. Impeditur autē iter bonoꝝ.si mare hoc est.vnitas non diuidatur iniquoꝝ.

De correptione fraterna. Capitulum xxxij.

Non debet vicia aliena corripere.qui adhuc vicioꝝ cōtagionibus seruit. Improbum est em̄ arguere quēqʒ in alio qđ adhuc deprehendit in semetipso. Qui veraciter fraternā vult corripere ac sanare infirmitatē.talem se prestare fraterne vtilitati studeat.vt eum quē corripere cupit humili corde ammoneat et hoc faciens ex cōpassione que sit cōmunis periculi ne forte et ipse subiciat tentationi. Sicut viri spiritales alieni peccati emendationē expectāt.ita proterui delinquētibus deridendo insultant.et quātum in ipsis est eos in sanabiles putant.nec inclināt cor ad cōpaciendi misericordiā.sed sugbientes detestant atqʒ blasphemat. Nonnūqʒ accidit vt intra amicos aliqua redargutionis enutrita discordia.maiorē post ea caritatē ꝑturiat.vt pote dum corriguntur ea que displicere in amico vident.et hoc quidē primū nō sine quadā emulatiōe ammonitus suscipit. sʒ correptus post modū gratias agit. At cōtra multi pro praua lesione vim caritatis rescindunt.et ab amore dilectionis ꝑ se ꝑhenniter re

trabunt. Pleriqʒ correptionē suā officiū caritatis existimant. pleriqʒ ꝟo hoc ipm qđ ex caritate corripiunꝫ ad iniurie cōtu meliā trahūt. Vñ euenit vt ex eo deteriores efficiantur. ꝑ qđ emendari obediēdo potuerūt. Salubriter accipiūt iusti quociēs de suis excessibus arguunꝫ. Supflua aūt est humilitas eoꝝ. qui se gessisse accusant que nō admiserūt. Qui ꝟo sine arrogātia bona facta sua ꝓnunciat. ꝓculdubio nequaqʒ peccat. Est quorundā excusatio ꝑuersoꝝ q̄ dum ꝓ suis facinoribus arguuntur. ꝟba iustoꝝ ꝓcensura declināda abijciunt seruantes se diuino iudicio quo puniendi sūt durius. dum tpaliter cōtemnunt iudicari sese ab hoībus. Iniquis molesta ēst veritas ⁊ amara disciplina iusticie. nec delectantur nisi placentia ꝓprie imbecillitatꝭ iniusticie fecūdi et steriles veritati. ceci ad cōtuendā lucē ⁊ oculati ad tenebraꝝ aspiciendū errorē. Corda reproboꝝ lubrica sūt ad malū cōsentiendū et fluxa. ad bonū vero cōsentiendū durissima. Probat Salomon et iusti emendationē correpti. ⁊ stulti obstinationē admoniti. dicēs: Doce iustū et festinabit accipere. De stulto aūt ait: Qui erudit derisorē. ipse sibi facit iniuriā. Nōnullos tāte esse prauitatis hoīes. q̄ dum ipsi a malo corrigi negligūt. corripientiū vitā falsa criminatōe detractāt ⁊ ad sui sceleris solaciū vsurpāt simul falso cōpererint qđ ad infamiā bonoꝝ obiciant. sicut est illud ex Salomone: Bona in malū cōuertit impius. et in electis imponit maculū. Ve aūt illi q̄ et suā renuit vitā corrigere. et bonoꝝ non desinit detrahere fame. Pleriqʒ mali similes sibi malū defendūt et patrocinio suo prauos cōtra correptionē bonoꝝ suscipiūt. ne vñ displicēt emendenꝫ. adijcientes in se aliena delicta. vt non tm̄ de suis malis. sed etiā de alioꝝ facinoribus puniantur quoꝝ peccata defendunt.

De prepositis ecclesie.

Capitulnm xxxiij.

Vir ecclesiasticus ⁊ crucifigi mundo ꝑ mortificationē ꝓprie carnis debet. et dispensationē ecclesiastici ordinis. si ex dei voluntate ꝑuenerit. nolens quidem sed humilis gubernandā suscipiat. Multis intercipit sathanas

fraudibus eos qui vite et sensus vtilitate prestantes. preesse et prodesse alijs nolunt. et dum eis regimen animaꝝ imponitur renuut. consultius arbitrantes ociosam vitam agere ꝙ̄ lucris animaꝝ insistere. Quod tamen decepti agunt ꝑ argumentum dyaboli fallentis eos ꝑ speciem boni. vt dum illos a pastorali officio retrahit. nequaꝙ̄ proficiant qui eoꝝ verbis atq; exemplis instrui poterant. Sancti viri nequaꝙ̄ occupationum secularium curas appetunt. sed occulto ordine sibi suꝑ inpositas gemunt. Et ꝙ̄uis illas ꝑ meliorem intentionem fugiant. tamen ꝑ subditam mentē portant. Quas quidē sumopeꝛ si liceat vitare festinant. s; timentes occultā dispensationē dei suscipiunt qd refugiunt. exercēt qd vitare noscunt. Intrāt em̄ ad cor et ibi cōsulūt velit q̇d occulta volūtas dei. seseq; subditos debere esse summis ordinationibus cognoscētes humiliant ceruicem cordis iugo diuine dispensationis.

De in dignis prepositis.

¶ Capitulum xxxiiij.

Dn sit ꝓmouendi ad regimē ecclesie q̇ adhuc vicijs subiacēt. Hinc est qd preceptū est Dauid nō edificare visibile templū q2 sanguinū vir. id ē belli frequētia illi esset. Qua figura illi spiritaliter admonent qui vicioꝝ adhuc corruptioni sit dediti. ne templū edificent. hoc est. ecclesiā docere ne presumāt. Nō debet honoris ducatū suscipere q̇ nescit subiectis tramite vite melioris perire. Neq; enim quisq; ad hoc tm̄ preficit vt subditoꝝ culpas corrigat et ipse vicijs seruiat. Qui nō se dignū ad episcopatum existimat locū eius qui dignus est non preoccupet. Nam tam sanctū est sacerdocij nomen vt nulla vicioꝝ nota maculari se sinat. Grauius eñ cōdemnabit. qui indignus suscipit qd non meretur. Qui regimen sacerdocij cōtendit apparere. añ in se discuciat. si vita honori sit cōgrua. Et si non discrepat. humiliter ad id ad qd vocatur accedat. Reatū quippe culpe geminat. si quisꝙ̄ cū culpa ad sacerdotale culmen aspirat. Heu me miserū inexplicabilibus nodis astrictū. Si em̄ susceptū regimē ecclesiastici ordinis retineā criminis cōscius timore cōcutior. si ꝓo deserā ne deterior sit culpa susceptū gregē relinquere amplius formido.

vndiqꝫ miser metuo.et in tãto rei discrimine qđ sequar igno ro. Uniuscuiusqꝫ casus tãto maioris ẽ criminis.quãto et pri us q̃ caderet erat virtutis. Precedentiũ nãqꝫ magnitudo vir tutũ.crescit ad cumulũ sequentium delictoꝝ. Pleriqꝫ sacerdo tes sue magis vtilitatis causa q̃ gregis preesse desiderãt.nec vt ꝓsint p̃sules fieri cupiũt.sꝫ magꝫ vt diuites fiant ⁊ honorẽ tur. Suscipiũt eñ sublimitatis culmẽ non ꝑ pastorali regi mie sed ꝑ solius honoris ambitõe atqꝫ abiecto ope dignita tis.solã nois appetũt dignitatẽ. Dũ mali sacerdotes deo igno rante non fiant.tñ ignorant. a deo.ipso per ꝓphetam testãte. Principes extiterũt sꝫ non cognoui.sꝫ hoc nescire dei.repro bare est.

De indoctis prepositis.

Capitulum xxxv.

Sicut iniqui et peccatores ministeriũ sacerdotale asse qui prohibentur ita indocti et imperiti a tali officio retrahuntur. Illi eñ exemplis suis vitã bonoꝝ cor rumpũt.isti ṽbo sua ignauia iniquos corrigere nesciunt. Quo docere poterunt.qđ ipsi nõ didicerũt: Desinat locũ docendi suscipere.qui nescit docere. Ignorantia quippe presulum.vite non cõgruit subiectoꝝ. Cecus eñ si ceco ducatum prebuerit. ambo in foueam cadunt. Sacerdotes indoctos ꝑ Esaiam ꝓphetam dñs improbat dicens: Ipsi inquit pastores ignora bant intelligentiam. Et iteꝝ: Speculatores ceci omnes id est imperiti episcopi. Nescierunt inquit: vniuersi canes muti non valentes latrare.hoc ẽ plebes cõmissas valentes resisten do malis per verbum doctrine defendere.

De doctrina et exemplis p̃positoꝝ. Capitulũ xxxvi.

Nam doctrina q̃ vita clarere debet ecclesiasticus doc tor. Nam doctrina sine vita arrogantẽ reddit.vita sine doctrina inutilem facit. Sacerdotis predicatio operibus cõfirmanda est.ita vt qđ docet ṽbo.instruat exem plo. Vera est illa doctrina quã viuendi sequitur forma. Nam nihil turpius est.q̃ si bonũ quod quisqꝫ sermone predicat.ex plere ope negligat. Tunc eñ vtiliter predicatio ꝓfertur qñ efficaciter adimplet. Unusquisqꝫ predicator et bone actionis

et bone pdicationis habere debet studiū. nam alterū sine altero non facit pfectum. sed precedit iustum bñ facere. vt sequenter bene possit docere. Omnis vtilis doctor plebibus subiectis ita se prestare debet. atq3 insistere doctrine: vt quāto claret vbo. tanto clarescat et merito. Nam q aplus Timotheo precipit cū omni imperio docere. nō hortatur ad tumorē supbie. sed ad bonā actionē et vite auctoritatē. videlicet ne libertatē preberet peccandi. si bñ doceret et male viueret. Unde et dñs: Qui soluerit vnū de mandatis istis minimis et sic docuerit. minimus erit in regno celoꝝ. Uides q auctoritate magisterij caret. qui quod docet non facit. Sicut in nūmismate metallum figura et pondus inquiritur. ita in omni doctore ecclesiastico. quid sequatur quid doceat. quō viuat. Per qualitatem igitur metalli doctrina. per figurā similitudo patrum. per pondus humilitas designatur. Qui vero ab his tribus discrepauerit. non metallum sed terra erit.

De his qui male docēt et male viuunt. Capitulū xxxvij.

Interdum doctoris vicio etiā ipsa vera doctrina vilescit. quia dum nō viuit sicut docet ipsam quā predicat veritatem cōtemptibilē facit. Arcus puersus est lingua magistroꝝ docentiū bene et viuentiū male. Et ideo quasi ex puerso arcu sagittam emittunt dum suā prauā vitā pprie lingue ictu cōfodiunt. Qui diuina predicāt et ex eiusdē predicationis dignitate viuere minus curant. hñtes verbum dei in ore et in ope non hñtes. multa bñ docentes. nihil autē opantes. imitantur Balaam ariolum. qui corruens ope. apertos habuit oculos ad cōtuendam lucem doctrine. Qui bene docet et male viuit. tanq3 es aut cymbalū sonū facit alijs. ipse tamen sibi manet insensualis. Qui bene docet et male viuit. q docet bene: viuentibus proficit. q vero male viuit: se ipm occidit. sicut sacerdos qui si digne agit vt sacerdotem decet. ministeriū eius et ipsi et alijs vtile est. In digne aūt viuens. alijs quidē vtilis est loquēdo: se aūt interficit praue viuēdo ac p hoc quo in illo mortuū est pprium eius est. qd vero viuit in eo. id est sacrum ministerium alienum est. Qui bene docet et male viuit. equatur cereo. qui bonā quidem alijs lucē prestare. se vero in malis suis consumere videtur atq3 extinguere.

Qui bene et male viuit. videtur bonū malo cōiungere. lucem tenebris cōmiscere. veritatem mendatio mutare.

De exemplis prauorum sacerdotum. ¶ Capitulum xxxviij.

Epe per quos iusticia docet. per ipsos peccati morbus irrepit et mors ad plebes pertransit. scz vel dum male docent. vel dum praua faciunt. Plerique sacerdotes et clerici praue viuentes forma ceteris in malū existunt. qui in bonis exemplū esse debuerūt. Hi em̄ quoscūque exemplo male cōuersationis sue perdunt. de illis rationē sine dubio reddituri sunt. Ex carnaliū prepositorum exemplo plerūque fit vita deterior subditorum. et plebis merito fiunt tales sacerdotes. qui exemplo deteriore populū destruant nō edificentur. Ex merito em̄. plebis nonnūque episcopi deprauantur. quatenus procliuius corruant qui sequuntur. Capite languente cetera corporis membra inficiuntur. Unde et scriptum est: Omne capud languidum et omne cor merens a planta pedis vsque ad verticem nō est in eo sanitas. Capud em̄ languidū est doctor agens peccatū. cuius malū ad corpus peruenit. dum eo vel peccante vel praue docente prestifer langnor ad plebes subditas trāsit. Deteriores sunt qui sine doctrinis seu exemplis vitā moresque bonorum corrumpūt his que substātias aliorum predíaque diripiunt. hi em̄ ea que extra nos sunt sed tn̄ nrā auferūt: corruptores vero morum proprie nosipsos diripiunt. qm̄ diuicie iustorum mores eorum sunt. Multū ergo distant damna morū a damnis temporaliū rerum. dum ista extra nos sunt mores vero in nobis.

De prepositis carnalibus. Capitulum xxxix.

Rouidentia plerūque diuini cōsilij ordinant prepositi mundana et exteriora sectantes vt dum temporalibus rebus se totos impendūt spiritales tutiorē vitā cōtemplationis exerceant. Quia dure sunt quiete viuere volentiū sarcine curarum episcopaliū. prouidet sepe deus curis debitos secularibus. ad susceptionē regiminis. vt dū hi exteriora sine tedio procurāt spiritales rebus interioribus sine impedimēto rerū

terrenaꝝ deseruiant. Dei ergo ordinationē accusant a quo instituunt qui episcopos cōdemnant. dum minus spiritualia sed magis terrena sectant. Ex diuini enī tabernaculi disposi tione ob iniurias mūdi ferendas. et turbines quosdā institui episcopos secularibus curis insistentes. vt hi q̄ interius sup na desiderant nullo terreno obsistente negocio liberius hoc qd amāt intendant. Nō est itaq; iudicādus a plebe rector in ordinatus. dum magis nouerit ꝓpli sui fuisse meriti ꝑuersi re gimē suscepisse pontificis. Nam ꝑ meritis plebiū disponit a deo vita rectoꝝ. Exemplo dauid peccāt ad cōparationē prin cipū. qui ex merito plebis preuaricant. Sententia damnant Cham filij noe: qui suoꝝ prepositoꝝ culpas in publico pro dūt. sicut Cham qui patris pudenda nō operuit: sz deriden da mōstrauit. Habituri sūt Sem meritū et Jafeth qui reue renter operiunt que patres suos excessisse cognoscūt. si tn̄ pa trum facta nō diligant sed tm̄ operiant nec imitent. Nam sūt qui ꝑpositos suos ꝑuerse iudicāt. dum terrenis studijs eos plus viderint esse intentos si vel parū iā ipsi de spiritalibus cogitauerint. Rectores ergo a deo iudicādi sūt. a suis aūt sub ditis nequaq̄ iudicādi sūt. exemplo dn̄i. qui ꝑ se vendentes co lūbas et nūmularioꝝ mensas ꝓprio euertit flagello et ꝓiecit a templo. vel etiā sicut dicit psalmista: Deus stetit in synago ga deoꝝ. in medio aūt deos discernit. Et si a fide exorbitaue rit rector. tūc erit arguendus a subditis. pro moribus vero re probis tolerandus magis q̄ distringendus a plebe est.

¶De iracundis doctoribus. ¶Capitulum xl.

Iracundi doctores ꝑ rabiē furoris discipline modū ad immanitatē crudelitatis cōuertūt. et vn̄ emēdare subditos poterant. inde pocius vulnerant. Ideo sine mensura vlciscitur culpas prepositus iracundus. q2 cor eius dispersum in reꝝ curis nō colligit in amorē vnius deitatis. Mens enī solita in diuersis chatena caritatis nō astringit. sed male laxata male ad omnem occasionem mouetur.

¶De superbis doctoribus. Capitulum xli.

Bonus doctor et in humilitate seruat disciplinā. et ꝑ disciplinā non incurrit supbiam. Elati aūt pastores plebes tyrānice premunt. nō regūt. quiq; nō dei sz suā

gloriā a subditis exigunt. Multi sū qui in v̄bo doctrine nō humiles sed arrogantes existunt. qui et ipsa recta que predi cant. nō studio correctionis sed vicio elationis annunciant. Multi sū qui non ex cōsultu edificandi sꝫ ex tumore supbien di docent. nec vt prosint sapientes sū. sꝫ vt sapientes videan tur docere student. Estimatio praua arrogantiū sacerdotū per quā imitantur sanctos rigore discipline et sequi negligūt caritatis affectione videri volunt rigida seueritate. sed formā humilitatis prestare nequeunt. vt magis terribiles q̄ꝫ mites aspiciantur. Supbi doctores vulnerare potius q̄ꝫ emenda re nouerunt. Salomone testante. qui ait: In ore stulti virga supbie. qꝛ increpando rigide feriunt ⁊ cōpati humiliter nesci unt. Bū alieni peccati curanda vicia suscipit. qui hoc ex cor dis dilectione et humili cōscientia facit. Ceterum qui delin quētem supbo vel odioso aīo corripit: non emendat sed pcu tit. Quicquid eñ proternus vel indignantis animus protu lerit. obiurgantis furor est. non dilectio corrigentis.

¶ De humilitate prepositoꝝ. ¶ Capitulum xlij.

Ui preficit ad regimē. taliter erga disciplinā subiecto rum prestare se debet. vt non solū auctoritate. veꝝ eti am humilitate clarescat. Sed tamen ita erit in eo vir tus humilitatis. ne dissoluatur vita subditoꝝ in vicijs. atqꝫ ita auctoritas aderit ptātis. ne p tumorem cordis seueritas existat immoderationis. Hec est eñ in dei sacerdotibus ve ra discretio qua nec per libertatē supbi nec per humilitatem remissi sint. Hinc est q̄ sancti cum magna constantia redar guerunt etiā principum vicia in quibus cum summa esset hu militas loco tamē necessario libere transgressores iusticie in crepabant. Aliqñ etiam subditis nos oportet animo esse hu miliores: qm̄ facta subditoꝝ iudicantur a nobis nostra vero deus iudicat. Agnoscat episcapus se esse cōseruum plebis. non dominū. verum hoc caritas non cōditio exigit.

De doctrine discretione.

¶ Capitulum xliij.

On oībus vna eademqꝫ doctrina est abhibenda. sed p qualitate morum diuersa exhortatio erit doctoꝝ.

Nam quosdam increpatio dura. quosdam vero exhortatio
corrigit blanda. Sicut periti medici ad varios corpis mor
bos diuerso medicamine seruiunt.ita vt iuxta vulnerũ varie
tates medicina diuersa sit. sic et doctor ecclesie singulis q̈bus
q3 hoibus cõgruum doctrine remediũ adhibebit.et q̈d cuiq3
oporteat pro etate pro sexu ac professione annunciabit. Non
oibus ea que st3 clausa aperienda st3. Multi st3 eñ qui capere
non pñt.quibus si indiscrete manifestentur.statim aut detra
hunt aut negligũt. Prima quippe prudentie virtus est eam
q̃3 docere oporteat existimare personam. Rudibus populis
seu carnalibus plana atq3 cõmunia non summa atq3 ardua
predicãda st3. ne immensitate doctrine opprimantur potius
q̃3 erudiantur. Unde et Paulus apostolus ait: Non potui
vobis loqui quasi spiritalibus s3 quasi carnalibus. tãq3 puu
lis in xpo lac vobis potũ dedi non escã. Carnalibus quippe
animus.nec alta nimis de celestibus nec terrena cõuenit pre
dicare. s3 mediocriter. vt inicia eorꝝ moresq3 desiderãt edoce
ri. coruus dum suos pullos viderit albi coloris nullis eos
cibis alit.s3 tantundem attendit donec paterno colore nigres
cant.et sic illos frequẽti cibo reficit. Ita et ecclesie doctor stre
nuus nisi eos quos docet viderit ad suã similitudinem peni
tentie cõfessione nigrescere. et nitore seculi deposito lamenta
tionis habitũ de peccati recordatione induere vtpote adhuc
exterioribus.hoc est carnalibus.non aperit intelligentie spiri
tales profundiora misteria ne dum audita nõ capiunt.prius
incipiant cõtemnere q̃3 venerari mandata celestia. Aliter est
agendum erga eos qui nostro cõmittuntur regimini si offen
dunt atq3 aliter cum his qui nobis cõmissi non st3 qui si iusti
sunt venerandi sunt.si vero delinquunt pro sola caritate vt
locus est corripiendi sunt.non tamen cũ ea seueritate sicut hi
qui nobis regendi cõmissi sunt. Prius docendi st3 seniores
plebis.vt p eos infra positi facilius doceantur. Uñ et aposto
lus.hec inquit: cõmendo hoibus fidelibus qui idonei sunt et
alios docere. Ingeniũ boni doctoris est incipere a laudibus
eorꝝ quos salubriter obiurgatos corrigere cupit.sicut aposto
lus ad corinthios facit quos a laudibus inchoat et increpa

tionibus probat. Sed erãt apud corinthios qui et laude et increpatione digni essent. ille vero indiscrete loquitur. qui sic vtraqꝫ oĩbus loquitur vt oĩbus vtraqꝫ cõuenire videantur.

De silentio doctorꝫ. Ca. xliiij

Ro malo merito plebis aufertur doctrina p̃dicationis. Pro bono merito audientis tribuit̃ sermo doctoris. In ptãte diuina consistit cui deus doctrine verbum dare vel cui auferre. Et hoc aut pro dicentis aut ꝓ audientis fit merito. vt mõ pro culpa plebis auferat̃ sermo doctoris. modo vero ꝓ vtilibus meritis tribuatur. Nam et bonus docet bonũ. et malus malũ. et bonus malũ. et malus bonum. qđ tamen fit iuxta meritũ populorꝫ. Non oĩa tp̃a congruunt doctrine. ẜm Salomonis sententiã dicentis: Tempus tacendi et tempus loquẽdi. Non quidem ꝑ timorẽ sed ꝑ discretionẽ ꝓpter malorꝫ incorrigibilẽ iniquitatẽ. nõnunq̃ꝫ electos oportet a doctrina cessare. Interdum doctores ecclesie calore caritatis ardentes cõticescunt a docendo q2 nõ est qui audiat. testante ꝓpheta qui ait: Ciuitates austri clause sũt et non est qui aperiat. Qui docendi accepit officiũ interdum ad tempus facta proximi taceat. que stati corrigere nequaq̃ꝫ existimat. Nã si corrigere p̃t et dissimulat verꝫ est q' cõsensum alieni erroris habeat. Pleriqꝫ sancti doctores ꝓ mali ptinacia quia iniquos emendare nequeunt bis tacere disponunt. sed calorem spiritus feruoris quo aguntur fere non sustinentes. iterum in increpationem prosiliunt iniquorum.

De prebẽda sacerdotali protectione in plebe. Capitulum xlv.

Uibus docẽdi forma cõmissa est multũ subeunt periculi si cõtradicentibus veritati resistere voluerint. dũ Propheta doctorẽ ecclesie instruat. ad summũ vsqꝫ iusticie ꝑuenire: cũ dicit suꝑ montẽ excelsum ascende tu qui euãgelisas syon. scꝫ. vt ita preemineat merito sicut et gradu. Sequenter ne forte debeat a docendo timore restringi audiat: Exalta in fortitudine vocem tuam et noli timere. Unde et

Hieremie ita dñs ait: Accinge lumbos tuos et surge loque re ad eos ne formides a facie eoꝝ. nec eñ timere te faciã vul tum eoꝝ. vnde apparet. qꝛ et nõ timere donũ dei est. Qui pso nam potentis accipit. et veritatẽ loqui ptimescit. grauis culpe mulceat sententia. Multi eñ sacerdotes metu ptãtis verita tem occultãt. et habentur rei qui a bono ope vel a iusticie pre dicatione rei alicuius formidine aut ptãte terrente auertun tur. Sed heu proch dolor inde metuunt. qꝛ vel amore reꝝ se culariũ implicant. vel qꝛ aliquo facinoris ope cõfunduntur. Multi presules ecclesiaꝝ timentes ne amiciciã seculariũ per dant et molestiã odioꝝ incurrãt. peccantes nõ arguunt ⁊ cor ripere pauperũ oppressores verentur: nõ ptimescentes qd de veritate sint reddituri rõem. pro eo qꝛ cõticescũt de plebibus sibi cõmissis. Quãdo a potentibus paupes opprimunt. ad eri piendos eos boni sacerdotes ptectionis auxiliũ ferũt nec ve rentur cuiusquã inimicitiaꝝ molestias. sed oppressores paupe rũ palã arguunt. increpãt. excõmunicãt. minusqꝫ metuũt eoꝝ nocẽdi insidias etiã si nocere valeant. Pastor eñ bonus ani mã suã ponit p ouibus. Sicut puigil pastor cõtra bestias o ues custodire solet. ita ⁊ dei sacerdos sup gregẽ xpi sollicitus esse debet. ne inimicus vastet. ne psecutor infestet ne potentio ris cuiusqꝫ cupiditas vitã pauperũ inquietet. Praui ãt pasto res nõ habent curã de ouibus. sꝫ sicut legitur in euãgelio de mercenarijs. vident lupum venientẽ et fugiunt. Tunc eñ fu giunt quãdo potentibus tacent. et malis resistere metuunt.

De disciplina sacerdotis in his qui delinquunt. ¶ Capitulum xlvi.

Sacerdotes p populoꝝ iniquitate damnant. si eos aut ignorantes nõ erudiãt. aut peccantes nõ arguãt. testãte dño ad pphetã: Speculatorẽ dedi te domui israhel. Si nõ fueris locutus vt se custodiat impius a via sua. ille in iniqui tate sua morieť. sanguinẽ aũt eius de manu tua requirã. Sic eñ Heli sacerdos p filioꝝ iniquitate damnatus est. et licet eos delinquẽtes ammonuerit. sꝫ tamẽ nõ vt oportebat redar guit. Sacerdotes exquirere dñt peccata populoꝝ et sagaci

sollcitudine vnūquemqꝫ probare. iuxta testimonium dn̄i ad Hieremiam loquentis: Probatorem inquit dedi te in populo meo robustum: et scies et probabis vias eoꝝ. Sacerdotes studio corrigendi facta perscrutari debent subiectoꝝ. vt emendatos lucrifacere possint. Sicut aūt peccatorē cōuenit argui. ita iustū non exulcerari. Sacerdotes curā debent habere de his qui pereunt. vt eoꝝ redargutione aut corrigant a peccatis. aut si incorrigibiles existūt. ab ecclesia separentur. Atrociter arguuntur qui decipiendo peccantes non solū qꝛ non arguunt pro peccato. sed etiā adulanter decipiunt. dicente ꝓpheta: Et erunt qui beatificant populū istum seducentes et qui beatificant precipitati. Atrociter iteꝝ arguuntur qui peccantem non recipiunt. sed despiciunt et spernunt. nec alterius delictū tanqꝫ ꝓprium ingemiscūt. De talibus p Esaiam dn̄s cōminans dicit: Qui dicunt recede a me. nō appropinques mihi qꝛ immundus es. Isti fumus erunt in furore meo. ignis ardens tota die. Inde est ꝙ Apostolus oībus omnia factus est. non imitatione erroris. sed cōpassionis miseratione. scꝫ vt ita vicia aliena fleret. quēadmodum si tali et ipse implicaretur errore. Boni pastores populi debēt delicta deflere: et totos se planctibus tradere. imitantes Hieremiā ꝓphetam dicentem: Quis dabit capiti meo aquā. et oculis meis fontem lachrimaꝝ. ꝛ plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Tanqꝫ ꝓpria igitur delicta. plebis peccata sacerdos flere debet. sꝫ affectu cōpaciendi non accusatione cōmissi. Nonnulli presules gregis quosdam ꝑ peccato a cōmunione eijciunt. sed qualiter post viuere debeant. ad melius exhortando nō visitant. Quibus cōgrue sermo diuinus increpans cōminatur: Pastores qui pascitis populū meū. vos dispersistis gregē meū. eiecistis et non visitastis eos. ecce ego visitabo sup vos maliciam studioꝝ vestroꝝ. Bonoꝝ studiam sacerdotū multa diligentia etiā praua plebium facta perquirūt. vt dum in minimis subditoꝝ peccatis se acerrimos prestāt. de maioribus malis cautos sibi subiectosqꝫ ac sollicitos faciant. Sicut medici morbos imminentes curādos suscipiunt. futuros vero ne irrepant. medicine obiectu quadam prescientia ante

ceduntita et doctores boni sic ea que male acta sꝫ resecant. vt ea que admitti pñt ne ꝑpetrentur doctrina sua succurente preueniant. Qui blãdo ṽbo castigatus nõ corrigitur. acrius necesse est vt arguat. Cum dolore em̄ abscindenda sꝫ que leuiter sanari non pñt. Qui admonitus secrete de peccato corrigi negligit. publice arguendus ē. vt vulnus qđ occulte sanari nescit manifeste debeat emendari. Manifesta peccata non sꝫ occulta correptione purganda. Palam em̄ sꝫ arguendi q̄ palam nocent. vt dum apta obiurgatione sanant. hi qui eos imitando deliquerãt corrigunt. Dum vnus corripit plurimi emendant. Utilius est em̄ vt ꝓ multoꝝ saluatione vnus cõdemnetur. q̄ꝫ ꝑ vnius licentiã multi periclitent. Ita cõtra delinquẽtes ṡmo ē proferendus. sicut eius q̄ corripit expostulat salus. Et si opus est aliquã medicamẽti asperitatẽ ṽboꝝ predicatõe aspergere. lenitatẽ tñ corde opus est retinere. Doctores nõnunq̄ꝫ durius feriunt increpationibus subditos. q̄ tñ a caritate eoꝝ quos corripiunt nõ recedũt. Sepe ecclesie censura arrogantibus videt esse supbia et qđ a bonis pie fit. crudeliter fieri putatur a prauis. qꝛ nõ discernũt recto oculo qđ a bonis recto fit aĩo. Notandũ est vehementer ab oĩ pontifice vt tãto cautius erga cõmissos agat quãto durius a xp̄o iudicari formidat. Nã sicut scriptũ est: In qua mẽsura mensi fueritis. in ipsa remetiet vobis. Quotidie nãq̄ꝫ oẽs delinquimus ⁊ in multis erroribus labimur. Qui em̄ in nostris delictis clementes sumus in alieno peccato rigorẽ tenere nequaq̄ꝫ debemus. Multi alioꝝ vicia cernũt. sua nõ aspiciunt. Et cũ ipsi maximis criminibus obnoxij teneant minora peccata fratribus nõ dimittunt. Hypocrite trabẽ in oculo suo cõsistentem non sentiunt. et herentẽ festucam in lumine fratris intendunt. Facilius reprehendimus vicia aliena q̄ꝫ nostra. Nam sepe que ꝑuersa in alijs iudicamus. in nobis nocibilia esse minus sentimus. et quod in alijs reprehendimus. agere ipsi nõ erubescimus. Facilius vicia vniuscuiusq̄ꝫ q̄ꝫ virtutes intendimus. nec quid boni quisq̄ꝫ gesserit agnoscere cupimus. sed quid mali egerit perscrutamur.

¶ De subditis. ¶ Capitulum xlvij.

Ropter peccatū primi hoīs humano generi pena diuinitus illata est seruitutis. ita vt quibus aspicit non cōgrue libertatē his misericordius irroget seruitutē. Et licet peccatū humane originis p baptismi grām cunctis fidelibus dimissum sit. tū equus deus ideo discreuit hoībus vitā. alios seruos cōstituens. alios dominos vt licentia male agendi seruoꝝ ptāte dominantiū restringat. Nam si oēs sine metu fuissent. qs esset qui a malis quępiam phiberet? Inde et in gentibus principes regesq̧ electi sunt. vt terrore suo populos a malo coercerēt. atq̧ ad recte viuendū legibus subderent. Quātum attinet ad rationē non est psonaꝝ acceptio apud deum. qui mundi elegit ignorabilia et cōtemptibilia et que non sꝫ. vt ea que sꝫ destrueret. ne glorietur oīs caro. hoc est. carnalis potentia coram illo. Unus eīn dn̄s equaliter et dominis fert cōsultum et seruis. Melior ē subiecta seruitus q̄ elata libertas. Multi eīn inueniuntur deo libere seruientes sub dominis constituti flagiciosis. qui et si subiecti sunt illis corpore. prelati tamen sunt mente.

De prelatis. Capitulum xlviij.

Ir iustus aut oī ptāte seculari exuitur. aut si aliquā cingitur nō sub illa curuat vt supbus tumeat. sꝫ eā sibi subijcit vt humilior innotescat. Probat aūt hoc apostolico exemplo qui data sibi ptāte etiā nec ad hoc vsus ē qd licebat. sꝫ dum posset vt illicita abnuit. seseq̧ vt puulum in medio eoꝝ qbus preerat ostēdit. Qui in appetendis honoribus seculi aut prosperitatibus mūdi instanti desudat labore. et hic et in futuro vacuus inuenit a requie. tantoq̧ sarcinis peccatoꝝ grauabitur. quāto a bonis opibus extitit alienus. Quāto quisq̧ amplius secularꝫ honoris dignitate sublimat. tanto grauius curaꝝ ponderibus aggrauat. eisq̧ magis mente et cogitatōe subijcit. quibus sublimitatis gradu preponit. Nam vt quidā patrū ait: Omne qd supeminet. plus meroribus afficitur q̄ honoribus gaudet. Quāto quisq̧ curis mūdi maioribus occupatur. tāto facilius vicijs premit. Si eīn vix valet peccata animus deuitare quietus. quāto magis occupatione seculari detentus? Non statī vtile est oē ptātis in

signe. ꝫ tunc vere ē vtile si bñ gerat̃. Tunc aũt bñ geritur qñ
subiectis prodest q̇bus terreno honore prefert̃. Potestas bo
na est qñ deo donante ē. vt malũ timore coerceat. nõ vt teme
re malũ cõmittat. Nihil aũt peius est q̃ꝫ ꝑ ptãtem peccandi
libertatē hrē. nihilqꝫ infelicius male agendi felicitate. Qui in
hoc seculo bñ imperat. sine fine in ꝑpetuũ regnat. et de gl'a se
culi huius ad eternã trãsmeat gloriam. Qui ṽo praue regnũ
exercēt. post vestē fulgentē lapillorumqꝫ nitorē. nudi et miseri
ad infernũ torquēdi descēdent. Reges a recte agendo vocati
sũt. et ideo sicut recte faciēdo regium nomē obtinet̃. ita peccã
do amittit̃. Nam et viros sanctos ꝓinde reges vocari in scis
eloquijs. eo ꝙ recte agant. sensusqꝫ ꝓprios bñ regãt. et motus
resistentes sibi rõnabili discretõe cõponant. Recte igit̃ illi re
ges vocantur. q̇ tam semetipsos q̃ꝫ subiectos bñ regendo mo
dificare nouerũt. Quidam ipm nomē regiminis ad immani
tatē transuertunt crudelitatis. dumqꝫ ad culmen potestatis
venerint in apostasiam cõfestim labuntur. tantoqꝫ se tumore
cordis extollunt vt cunctos subditos in sui cõparatõe despi
ciant. eosqꝫ q̇bus preesse cõtingit nõ agnoscãt. Quos cõgrue.
Ecclesiastes admonet dicēs: Ducē te cõstituerũt. noli extolli.
ꝫ esto illis quasi vnus ex ipsis. Dum mundi reges sublimio
res se ceteris sentiunt. mortales tñ se esse agnoscant. nec regni
gloriã qua in hoc seculo sublimant̃ aspiciant. ꝫ opus qd̃ secũ
ad inferos deportent attendant. Si ergo amissuri sũt huius
tp̃is gloriã. illa agant q̃ post finē momentaneũ sine fine possi
deant. Dũ ap̃lus dicat: nõ est ptãs nisi a deo qũo dñs ꝑ ꝓphe
tã de quorundam principatu dicit: ipsi regnauerũt. sed nõ ex
me. Quasi diceret: nõ me ꝓpicio. sed me irato. Vñ et inferius
ꝑ eundem ꝓphetam addidit: Dabo inquit tibi regem in furo
re meo. Quo manifestius elucet bonã malamqꝫ potestatē a
deo ordinari. sed bonam ꝓpicius malã iratus. Reges qñ bo
ni sũt. muneris est dei. qñ vero mali. sceleris est populi. Se
cundũ eñi meritũ plebiũ disponit̃ vita rectoꝝ. testante Job:
Qui regnare facit hypocritam ꝓpter peccata populi. Irascē
te eñi deo talem rectorem populi suscipiunt. qualem ꝓ pecca
to merent̃. Nonnũq̃ꝫ ꝓ malicia plebis etiã reges mutant̃: et
qui ante videbantur esse boni. accepto regno fiunt mali.

De iusticia principum.

Capitulum xlix.

Ui recte vtitur regni potestate. ita se prestare oībus debet vt quāto magis honoris celsitudine claret. tanto semetipm mente humiliet. preponēs sibi exemplū humilitatis Dauid qui de suis meritis nō tumuit. sꝫ humiliter sese deijciēs dixit: Vilis incedā et vilior apparebo añ deū q̇ elegit me. Qui recte vtit̄ regni potestate. formā iusticie factis magis q̄ꝫ vbis instituit. Iste nulla prosperitate erigit̄. nulla aduersitate turbat̄. non innititur proprijs viribus. nec a dño recedit cor eius. regni fastigio humili presidet aīo non eū delectat iniquitas. non inflāmat cupiditas sine defraudatōe alicuius ex paupe diuitē facit. et qđ iusta ptāte ppl'is extorquere poterat sepe mīe clementia donat. Dedit đs principibus presulatū pro regimine ppl'oꝝ. et illis eos preesse voluit. cū q̇bus vna est eis nascēdi moriendiqꝫ cōditio. Prodesse ergo debet ppl'is principatus nō nocere. nec dominādo premere. sed cōdescendēdo cōsulere: vt vere sit vtile hoc ptātis insigne. et dono dei pro tuitione vtantur membroꝝ xpi. Membra quippe xpi fideles sūt populi. quos dum a ptāte quā accipiunt optime regunt. bonā vtiqꝫ vicissitudinē deo largitori rependunt. Bonus rex facilius ad iusticiam a delicto regreditur q̄ꝫ de iusticia ad delictū transferatur. vt noueris hic esse casum. illic propositum. In proposito eius esse debet nunq̄ꝫ deuiare a veritate. Quod si casu titubare contigerit. mox resurgere.

De paciētia principū. Ca. l

Leterūqꝫ princeps iustus etiā maloꝝ errores dissimulare nouit nō q̄ iniquitati eoꝝ cōsentiat sꝫ q̄ aptum tempus correctionis expectet quando eorum vicia vel emendare valeat vel punire. Multi aduersus principes cōiurationis crimine deteguntur sꝫ probare volēs deus clementiā principū. illos male machinare pmittit. istos nō deserit. De illoꝝ malo bñ istis facit. dū culpas quas illi faciunt. isti mira pacientia indulgēt. Reddere malū pro malo vicissitudo iusticie est. sed q̇ clementiā addit iusticie. nō malū p malo

culpatis reddit. sed bonum pro malo offensis impartit.

De delictis principum sive exemplis. Capitulum li.

Difficile est principē regredi ad melius si fuerit vicijs implicatus. Populi enim peccantes iudicem metuunt et a malo suo legibus coercentur. Reges aūt nisi solo dei timore metuq; gehenne coerceantur. libere in preceps proruunt et per abruptum licentie in omne facinus viciorum labuntur. Quāto quisq; in superiori cōstitutus est loco. tanto in maiori versatur periculo et quāto splendoris honore celsior quisq; est. tanto si delinquat peccator maior est. Potentes enim potenter tormenta pacientur. Cui etenim plus cōmittitur. plus ab eo exigitur. etiā cum vsura penarum. Reges vitam subditorum facile exemplis suis vel edificant vel subuertunt. ideoq; principem nō decet delinquere. vt formā peccandi faciat peccati eius impunita licētia. Nam rex qui ruit in vicijs. cito viam ostendit erroris. sicut legitur de Hieroboam qui peccauit et peccare fecit israhel. Illi namq; ascribitur quicquid exemplo eius a subditis perpetratur. Sicut nōnulli bonorum principum deo placita facta sequuntur. ita facile multi praua eorum exempla sectantur. Pleriq; aūt apud iniquos principes necessitate magis q̄ voto mali existūt. dum imperijs eorum obediunt. Nonnulli aūt sicut prompti sunt sequi reges in malum. sic pigri sunt imitari illos in bonum. Sepe vnde mali reges peccant. inde boni iusticantur. dum precedentium cupiditatem et maliciam corrigunt. Nam reuera peccatis eorum cōmunicant. si quod illi deripuerunt isti retentant. Cuius peccatū quisq; sequitur. necesse est vt eius cōsequatur. Neq; enim impar erit supplicio. cuius errori quisq; par est ac vicio.

Quod principes legibus teneantur. Capitulum lij.

Iustū est principem legibus obtemperare suis. Tūc enim iura sua ab oibus custodienda existimet. qn̄ et ipse illis reuerentiā pbet. Principes legibus teneri suis. nec in se conuenit frustrare iura que in subiectis constituunt.

Justa est eñ vocis eoꝝ auctoritas. si qđ populis prohibent. sibi licere nõ paciant. Sub regiminis disciplina seculi potestates subiecte sunt. et q̄uis culmine regni sint predicti vinculo tamen fidei tenentur astricti: vt ⁊ fidẽ xp̄i suis legibus predicent. et ipsam fidei predicationẽ moribus bonis cõseruent.

De potestate principum in ecclesia. Capitulum liij.

Principes seculi nõnunq̄ꝫ intra ecclesiam ptãtis adepte culmina tenent. vt ꝑ eandem ptãtem disciplinã ecclesiasticã muniant. Ceterum intra ecclesiam ptãtes necessarie nõ essent nisi vt qđ non preualet sacerdos efficere ꝑ doctrine sermonẽ. potestas hoc impleat ꝑ discipline terrorẽ. Sepe ꝑ regnũ terrenũ celeste regnũ proficit. vt qui intra ecclesiam positi cõtra fidem et disciplinã ecclesie agũt. rigore principum cõterantur. ipsamq̄ꝫ disciplinã quã ecclesie humilitas exercere preualet. ceruicibus sup̄boꝝ ptãs principalis imponat. et vt veneratione mereatur. virtute ptãtis impartiat. Cognoscant principes seculi deo debere se rationem reddere ꝓpter ecclesiam quam a xp̄o tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles principes siue soluatur. ille ab eis rationem exigit qui eoꝝ potestati suam ecclesiam credidit.

De iudicibus. Capi. liiij

Ad delictũ ꝑtinet principũ qui prauos iudices cõtra voluntatẽ dei ꝑplis fidelibus preferũt. Nã sicut ꝑpli delictũ est. qñ principes mali sꝫ. sic principis est peccatum qñ iudices iniqui existunt. Bonus iudex sicut nocere cuilibet nescit. ita prodesse oĩbus nouit. Alijs eñ prestat censurã iusticie. alijs bonitatẽ. qui iudicia sine ꝑsonaꝝ acceptione suscipit non infirmat iusticiam auaricie flamma nec eam muneribus acceptis destruunt vt dum de iusto iudicio tp̄alia lucra non appetunt. premio eterno ditentur. Omnis qui recte iudicat staterã in manu gestat. et in vtroq̄ꝫ penso iusticiam et misericordiam portat: sed per iusticiam reddit peccati sententiã. ꝑ misericordiã peccantis tẽperat penã vt iusto libramine quedã ꝑ equitatẽ corrigat. quedã vero ꝑ miseratione indulgeat. Qui dei iudicia oculis suis preponit. sꝑ timens

tremensq; in oi negocio reformidat. ne de iusticie tramite de
uians cadat. et vñ non iustificat. inde pocius cōdemnetur.

¶De prauis iudicibus. ¶Capitulum lv.

Eminem stultoꝝ vel improboꝝ oportere iudicē esse.
Nam stultus ꝑ ignauiam ignorat iusticiā. improbus
aūt ꝑ capiditatē corrumpit ipsam quā didicit verita
tē. Grauius lacerant pauperes a prauis iudicibus. q̄ȝ a cruen
tissimis hostibus. Nullus eñ predo tam cupidus in alienis.
q̄ȝ iudex iniquus in suis. Latrones in accensis faucibus ac
latebrosis latentes insidias ponunt. isti palam rapacitatis
auaritia seuiunt. Hostes in alienoꝝ tm̄ sanguinē intendunt.
iudices quasi crudelissimi carnifices ciuinm. oppressione sua
subiectoꝝ vitam extinguunt. Qui eñ destruant multi sūt. ra
ri sūt aūt qui populos legum moderamine regant. Plerūq;
et boni iudices sūt. sed ministros rapaces habent. Hoꝝ figu
ra vt ait quidam tāq; scilla pingitur atq; describit. ipsa quidē
humana spē. sed capitibus caninis accincta et circūdata. Nō
aliter quibusdam potestatibus accidit vt ipsoꝝ humanitatē
inmanitas iniquoꝝ socioꝝ perturbet. Sepe iudices praui
cupiditatis cā aut differunt aut ꝑuertunt iudicia. nec finiunt
cepta negocia. quousq; marsupia eoꝝ qui causantur exhauri
ant. Qñ eñ iudicāt non causam sȝ dona cōsiderāt. vt sicut ne
gligentes sūt in discussione causaꝝ. sic in eoꝝ damno solliciti
sūt. Iudices praui iuxta ꝓphete verbum quasi lupi predam ves
pere nō derelinquunt in mane. hoc est q̄ de p̄ntis vite tm̄ cō
modis cogitant nō de futuris. Vita eq; ista vesperum futura
ꝓo mane accipit. Et bñ ait quasi lupi. q2 lupoꝝ more cunc
ta diripiunt. et vix pauca pauperibus derelinquant.

De verbosis et elatis iudici bus. ¶Capitulum lvi.

Erbosi iudices et elati vt sapientes videautur non dis
cuciunt causas. sed afferūt. sicq; cōturbant iudicij ordi
nē dum nō suo cōtenti officio aliena presumunt. Quidā eñ
dum iudicare incipiunt irascant. ipsamq; iudicij sententiā in
insaniā vertunt. De q̇bus recte ꝑ ꝓphetam dr: Qui cōuertūt
in furore iudiciū. Qui eñ iratus iudicat. in furorem iudiciū

mutat. cũ ante profert sententiã q̄ȝ cognoscat. Furor in iudice inuestigationē veri nõ valet attingere. qr mens eius turbata furore ab inuestigatione alienatur iusticie. Iracundus iudex iudicij examen plene cõsiderare non valet. qr caligine furoris non videt. Qui aũt repulso furore discutit. facilius ad cõtuendam veritatem mentis serenitate consurgit. et sine vlla ꝑturbatione ad equitatis intelligentiam peruenit.

¶ De iudicibus qui acceptione ꝑsonarum et causa amicorum subuertunt iudicium. ¶ Capitulum lvij.

Non est ꝑsona in iudicio obseruanda sȝ causa. sic em̄ scriptũ est: Non accipias ꝑsonã in iudicio. Et iterũ: Nõ misereberis pauperis in iudicio. Qui eñ cõsanguinitatis vel amicicie fauore. siue inimicitiarũ odio iudiciũ ꝑuertunt. sine dubio in xp̄m qui est veritas et iusticia peccare noscuntur. Iniqui iudices errãt in veritate sententie: dum intendũt in qualitatē ꝑsone et exulcerant sepe iustos dum improbe defendunt iniquos. qui aũt recte presidere studet. neqȝ ꝑtem palpare nouit nec cohibere a iusticia didicit.

Quibus rebus subuertitur iudicium. ¶ Capitulum lviij.

Qui recte iudicat et premiũ inde remunerationis expectat. fraudē in deũ ꝑpetrat qr iusticiam quã gratis impertiri debuit acceptione pecunie vendit Bonis male vtuntur qui iusti pro tp̄ali lucro iudicãt. Tales quippe ad veritatem nõ iusticie defensio. sȝ amor pecunie ꝓuocat. Quibus si spes nũmi subtrahit̄ cõfestim a iusticie defensione recedunt. Acceptio munerũ preuaricatio veritatis est. Vñ et pro iusto dicit̄: Qui excutit manus suas ab oī munere. iste in excelsis habitabit. Diues muneribus cito corrumpit iudicem pauꝑ aũt dum nõ h̄t q̄d offerat. non solũ audire cõtemnitur. sed etiã cõtra veritatem opprimitur. Cito violatur auro iusticia. nullãqȝ reus ꝑtimescit culpam. quã redimere nũmis existimat. Plus em̄ obtinet mentē censoris amor lucri q̄ȝ equitas iudicij. Tres sũt munerum acceptiones quibus cõtra iusticiã humana vanitas militat. id est fauor amicitiarũ. adulatio laudis. et corꝑalis acceptio muneris. Facilius aũt ꝑuertitur ani

mus rei corporee munere q̄ȝ gratie laudisq̄ȝ fauore. Quatuor modis puertitur humanū iudiciū. timore. cupiditate. odio. et amore. Timore dum metu ptātis alicuius veritatē loqui pauescimus. Cupiditate dum premio alicuius corrumpimur. Odio dum cōtra quēlibet aduersari molimur. Amore dum amico vel ppinquis placere contendimus. His em̄ quatuor causis sepe equitas violatur. sepe innocentia leditur.

De falso teste. Capi. lix

Et si mendaciū gratis dicit̄ quāto magis si venale queratur. Neqȝ em̄ deerit multiplex cōuentus falsoꝝ. si tm̄ pñtia sit nūmoꝝ: Testis falsidicus tribus est psonis obnoxius. Primū deo quē periurando cōtemnit. et sequenter iudici quē mentiendo fallit. postremo innocēti quē falso testimonio ledit. Testibus falsis cōiunctis tarde mēdacij falsitas reperit̄. Qui si sepati fuerint. examine iudicantis cito manifestant̄. Nā sicut in vnitate prauoꝝ grandis est fortitudo. ita in sepatione maior infirmitas. Fraudulentia cito reprebendit̄ cū mendaciū falsidicoꝝ sibi cōuenit. Unū pene crimen hn̄t. et qui falsitatē promit. et qui supprimit veritatem. qr et ille obesse vult. et iste prodesse non vult. Peior est aūt testis qui ledit q̄ȝ qui prestare nolit. Nam ille malignus est. iste inutilis. Iniquus testis q̄uis sua falsitate corpi rebusq̄ȝ officiat. aīe tamē nihil oberit. immo maximū lucrū cōfert se impetitus equanimiter tulerit. Erit aūt ille epud deū cōdemnatus qui aduersus innocentem falsum testimoniū vel dicit vel dicentibus credit. Nam non solū ille reus est qui falsum de alio pfert. sed et is qui cito aurē criminibus prebet. Qui metu ptātis veritatem occultat. eiusdem veritatis iracundiā sibi celitus prouocat. qr plus ptimescit hoīem q̄ȝ diuinā trepidet indignationē. Beatus cuius testimonio innocens ab scelere obiecto purgatur. impius cuius proditione etiā iniquus perimitur. Neqȝ em̄ decet xpianū morti obnoxiū pdere et ad effundendū sanguinē infelicium voce testificationis prebere sermonē. Iusti em̄ tm̄ ad ministerium debent esse salutis. ira vero indignationis et tribulationes et immissiones per angelos malos.

¶De causidicis. ¶Capitulum lx.

Egociorum forensium sectatores propter proximi dilectionem seculare negociū deserere debēt. aut certe manēte proximi caritate negociū sequantur terrenū. Sed quia perrarum est vt inter iurgantes caritas maneat. postponēda est rei causatio. vt perseueret dilectio. Antiqui forensem eloquētiam caninā facundiā nūcupabant. eo quod causidici in certaminibus causarum omissis que agunt veluti canes alterutrū sese lacerunt. iurgiaque causarum ad iniurias suas cōmutant.

¶De oppressoribus pauperum. ¶Capitulum lxi.

Auperum oppressores tūc se sciant grauiori dignos sententia. qn̄ preualuerint his quibus nocere voluerunt. Nam tāto atrocius futuro supplicio cōdemnandi sunt. quāto hic fortius cōtra miserorum vitā inualuerint. Audiant iudices et qui presunt populis quia pro temporalibus molestijs quas plebibus ingerūt eterno incendio cremabuntur. testante dño per Esaiam prophetam: Iratus inquit sum super populū meū. et dedi eos in manu tua. nō posuisti eis misericordiā. sed aggrauasti iugum tuū valde. Descende in puluere. scelerate et intra in tenebris. Ueniet super te malū et nescies ortū eius. et irruet super te calamitas quā nō poterit expiare. Ueniet super te repente miseria quā nescis. Magis mala facientibus quam mala pacientibus dolere debemus. Illi enim praua faciēdo in malū proficiunt. isti paciendo a malo corriguntur. Deus autem per malas voluntates aliorum in alijs multa operatur bona. Malignantiū hominū voluntas nequaquam pōt impleri. nisi deus dederit potestatē. Nam dum hoies deo permittente malū quod cōcupiscunt perficiunt ipse dicitur facere qui permittit. Inde est quod scriptum est per prophetam: Si erit malū quod dñs nō fecit. Uerūtamen quia iniqui mala expetūt voluntate. idcirco deus perficiendi dat potestatem per suam bonā voluntatem. quia de nostro malo ipse multa bona operatur. Quidam cū dei voluntati resistunt nescientes cōsilium dei faciunt. quo noueris sic deo subiecta esse oia. vt ipsi qui eius dispositioni aduersantur eius impleant voluntatē. Propterea in hac vita boni iudicantur a malis. vt iterum in illa vita mali iudicentur a bonis. siue vt

etiã sit hic bonis tp̃alis afflictio. et illic eterna remuneratio. Idcirco sũt necessarij mali. vt quociens boni offendũt flagellentur ab illis. Hinc est q̃ Assur virgã furoris sui testat̃ dñs. Sed quociens ita fit. de dei indignatione procedit. vt deus p̃ illos in eos seuiat quos flagellando emendare desiderat. Sed ille iustissima voluntate. illi vero sepe crudeli intentione. sicut per p̄phetam de eodẽ Assur dicit̃: Ipse aũt non sic arbitrat̃. sed ad cõterendũ paratũ est cor eius. Atrocẽ sup̃ eos diuinũ furorẽ venturũ qui existunt p̄secutores et violenti fidelibus. Cõsolando em̃ per p̄phetam deus suos ita iudicare promittit aduersarios. Eos inquit qui iudicauerũt te ego iudicabo. et cibabo hostes tuos carnibus suis. et q̃si a musto sanguine suo inebriabuntur. Habet aliquẽ vsum et malorum iniquitas q̃ electos dei suis moribus laniant. ac p̃ hoc vita impioꝝ sibi deperit. iustoꝝ aũt nõ perit sꝫ proficit. dum eos mali p̃ tribulationis exercitiũ ad p̄ñtem odiendã vitã et futurã desiderandã erudiunt. Interdũ em̃ prodest puersoꝝ prauitas vtilitati iustoꝝ. dum eos malicia sua erudiũt et ad regna celoꝝ requirenda. molestia tp̃ali impellunt. Probatur hoc exemplo Israelitice plebis. que tunc durius agebat̃ in egipto qñ oportebat eam p̃ Moysen ad terrã repromissionis vocari. et ex malis que in egipto paciebat̃ discedere. et ad p̄missam patriam festinare. Iniqui dum cõstantiã iusti in p̄secutionibus suis aspiciunt. mentis cõfusione tabescũt. Et dum aduersa ostentant nec vincunt. tandem de sue p̃uersitatis insania cõfunduntur. Stulti cõtra bonos studium semp̃ assumunt. quibus dum prosperitas elucet. iactanter de suis meritis gloriantur. et bonoꝝ atq̃ iustoꝝ afflictionibus detrahunt. dum q̃ eis aduersa contigerint mox ad blasphemiã pusillanimitate animi conuertunt̃. Quidam simpliciũ nescientes dispensationem dei in maloꝝ profectibus scandalizantur. dicentes iuxta Prophetam: Quare via impiorum prosperatur. bene est oĩbus qui preuaricantur et inique agunt. Que em̃ hoc dicunt. nõ mirentur q̃ prauoꝝ hominũ tp̃alem et caducã felicitatem aspiciunt. sed magis nouissima eoꝝ intendant qñta illis post hec eterna supplicia preparentur. dicẽte Propheta.

Ducunt in bonis dies suos et subito ad inferna descendunt.

De tribulatione iustorum.

¶ Capitulum lxij.

Iustus in aduersis probari se cognoscat. non deijci. Viri sancti plus formidant prospera ꝙ̄ aduersa. qꝛ dei seruos prospera deijciunt. aduersa vero erudiunt. Ideoqꝫ sancti viri cōstantia ita portare debet aduersa vt frāgi nō queant. Tunc magis sunt dei oculi sup̄ iustos. qn̄ eos affligi ab iniquis prouidentia sup̄na p̄mittit. Nam tunc eis gaudia disponunt eterna qn̄ p̄n̄ti tribulatione probant. Omnes vite huius tribulationes aquis similes cōparant preteriuntibus. ꝓpterea qꝛ si q̇d in hac vita tribulationis acciderit. nō stat sed celeriter transit. Qui vite future premia diligenter excogitat. mala oīa vite p̄n̄tis equanimiter portat. qm̄ ex illius dulcedine huius amaritudinē temperat. et ex eternitate illius breuitatē huius despicit transitoriam. Grauari diuerso malo tp̄ali pro vtilitate coꝝ est que vite istius mala p̄ferunt. qꝛ cum dolore grauantur. cupiditatis et luxurie viciorumqꝫ ceteroꝝ mala nō appetunt. Plus prodesse saluti tentationes seculi ꝙ̄ prosperitates. Nam ex prosperitate in deterius itur. ex tentationis dolore in melius ꝓficitur. Unusquisqꝫ ad tentationē animū preparare debet. Minus em̄ dum speratur tentatio grauat. dure aūt premit si nō sperata aduenerit. Sapientis est contra omnia aduersa ante meditari. nec inuenire casus debet quē non cōsilia eius preueniant.

¶ De amatoribus mundi. ¶ Capitulum lxiij.

Mundi amatores non solū ex eo rei sūt ꝙ infima pro summis appetunt. verum etiā et miseri. p̄ hoc qꝫ graui erūna ad ipsa desiderata p̄tingunt. Grauius torquetur impius mundi exaggerando cōmoda. ꝙ̄ iustus toleranda aduersa. Qui em̄ bona mundi diligit. velit nō velit timoris et doloris pene succūbit. Quiqꝫ plusꝙ̄ oportet res transitorias diligunt. maiorem sibi ingerunt dolorem rei ablate ꝙ̄ amorē p̄turiebāt possesse. Cum graui em̄ dolore amittuntur. que cū magno amore habent. Minus aūt carendo dolemus

que minus possidēdo diligimus. Sciant seculi lucra sectan
tes quātum sint vana vel aduersa que diligunt. que etiā nec in
hoc seculo sine cōtritione graui cōquirūt. et ꝑ quibus in futu
ro supplicio penas dabūt. His qui in voluntate seculariū de
sideriorum ꝑsistunt bñ testimoniū ꝓphe dr: Factus est effraim
panis subcinericius qui nō reuersat id est ita obruunt cecita
te secularis amoris vt nunꝙ resipiscant ad deū amorē retor
quere mentis. Multis mortuus est mundus. ipsi tñ vicissim
mūdo mortui non sͭ. Bona em̄ seculi diligūt et tñ ipsa que
diligūt minime cōsequunt in vtroqꝫ vacui. qꝛ ⁊ futura ꝑdunt
et pñtia non acquirūt. Egestas est electorum ꝙ ꝑegrinant a bo
nis sempiternis. et in hoc exilio diutius remorant. Egestas
est reproborum ꝙ abundāt vicijs et virtutibus vacuantur. seqꝫ
esse inopes nesciunt. Quod ꝓbatur ꝑ apocalipsim Johānis
qui cōtra huius mūdi amatores sic ait: Dicis ꝙ diues sum
et locuples et nullius egeo et nescis qꝛ tu es miser et misera
bilis et pauꝑ et cecus et nudus. Glorie tꝑalis sequaces et si
nitidi sͭ foris fulgore potentie. interius tñ vacui sͭ elatione
suꝑbie. secuti calami exterius quidem nitent. sed interius va
cuantur. Ob hoc reprobi exterius vt calami nitidi. interius
ꝟo vacui. electi vero exterius quasi arborum cortices fedi. interi
us ꝟo solidi. Qui precioso cultu incedūt audiant ꝓphetam.
queādmodū detestatur eorum corꝑalia ornamēta. et quos suc
cessus habeat cultus secularis cōpositus et ornatus. hoc est
ꝑ suaui odore fetorem. et pro zona funiculū. ⁊c. Legant ꝓphe
tam diuites quorum spes opulentia est. et audiant eū dicentē:
Ue qui opulenti estis. Quāto em̄ quisqꝫ potentia maior est.
tāto magis liber est ad peccandū. Nam patrimoniū grande.
grādis tentatio est. Plus venerant hoies in hoc seculo ꝑ tꝑa
li potentia ꝙ̄ pro reuerentia sanctitatis. Suscipiunt em̄ qꝰ
magis sͭ diuites. et ꝙ hoies sͭ oio despiciunt. Sunt quidā
iusti qui sine lesione cuiusqꝫ suis rebus vtuntur. Itē sͭ quidā
diuites humiles. quos non inflat suꝑbia rerum. veluti pleriqꝫ
fuerunt sancti veteris testamenti. qui et affluebant diuicijs.
et tñ humilitate pollebant. At cōtra quosdā suꝑbos diuites
rerū copia facit eletos. quorum nō sͭ opes in vicio sꝫ voluntas.

Nam crimen in rebus non est. sed in vsu agentis. Est elatio pauperum quos nec diuicie eleuant et voluntas sola in eis superba est. His et si opes desunt propter mentis tamen tumorem plusquam superbi diuites condemnantur. Securus vult esse diues. pauper esse non vult. Sed quomodo erit diues quietus quem suis stimulis res ipse ne careant semper faciunt inquietum. Et ideo elegit cupiditas inquietum esse et timidum diuitem quam securum pauco sumptu contentum esse et pauperem. Bonis bene vtuntur qui diuitijs sibi concessis in rebus salutaribus perfruuntur. Bonis male vtuntur qui aut iuste pro temporali lucro iudicant. aut aliquid boni pro vane glorie appetitu faciunt. Malis male vtuntur qui noxias cogitationes opibus prauis perficiunt. Bene malis vtuntur qui luxuriam carnis coniugali honestate restringunt. Sed sicut malo bene vti bonum est. sic bono bene vti melius est. Et sicut bono male vti malum est. sic malo male vti pessimum est.

De diuicijs et elemosina. Capitulum lxiiij.

Grauiter in deum delinquunt qui diuicijs a deo concessis non rebus salutaribus. sed in vsibus prauis vtuntur. Nesciunt enim impartiri pauperibus. oppressis subuenire despiciunt. et inde magis augent delicta. vnde redimere debuerunt. Hoc habet tamen bonum possessio presentium rerum. si vitam reficiat miserorum. Preter hoc tentatio est mundi lucrum. tantoque maiora supplicia in futurum dabunt. quanto et ipsa maiora sunt. Potentes enim potenter tormenta paciuntur. Terrena omnia seruando amittimus. largiendo seruamus. Patrimonium enim retentum perit. manet autem erogatum. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus. quia aut nos illas moriendo deserimus. aut ille nos viuentes deserunt. Pro diuersitate vsus alij de rebus mundanis pereunt. quas cupidius rapiunt alij vero saluantur dum in eorum pulcritudine conditoris pulcerrimam prouidentiam laudantes mirantur. vel dum pro misericordie opibus ex eis celestia bona mercantur. Misericordia a compaciendo aliene miserie vocabulum sortita est. Nullus autem in alio misericors esse potest qui praue viuendo in se misericors non est. Qui enim sibi nequam est. cui bonus est. Nulla scelera elemosinis posse redimi. si in peccatis quisque permanserit. Tunc autem fructu elemosinarum indulgentia

cōsequitur qn̄ ab scelerū ope desinitur. Uerum est q̄ peccata oia mie opibus expurgant. sed iā caueat peccare q̄ misericor diam impartit. Ceterū nulla est delicti venia qn̄ sic precedit mia vt eam sequant peccata. Non est elemosina que gl'a magis causa q̄ mie impartitur intuitu. Quali em̄ intentione ab vno quoq; largit. taliter y apud deū recipit. Qui ergo hic de bono laudē presentē appetit. spē pdit et gloriā mercedis in futuro nō recipit. Dum em̄ causa iactantie paup pascitur. etiā ipm mie opus in peccatū cōuertitur. In tm̄ elemosinarū opa peccata extinguunt. atq; in tm̄ ad regnū seculi futuri pficiūt. vt etiā iudex celestis in futuro iudicio veniens. in dextera cō sistentibus dicat: Esuriui et dedistis mihi manducare. sitiui et dedistis mihi bibere. hospes erā et collegistis me. nudus erā et cooperuistis me. Quibus etiā bn̄ promittit dicēs: Uenite bn̄dicti patris mei. pcipite preparatū vobis regnū. His aūt quos nulla precedentia elemosinarū facta sequunt. eterni iudicis voce sic dicit: Esuriui em̄ et nō dedistis mihi manducare. sitiui et nō dedistis mihi bibere. Quibus iuste dr: Discedite a me maledicti in ignē eternū qui paratus ē dyabolo et angelis eius. Qui hic misericordiā nō impartit. illic pietatis fructū non inuenit. exemplo ardentis diuitis q̄ in inferno ad tenuissima petenda cōpulsus est. qui hic tenuissima neganda studuit. Quid tribui subtilius. q̄d districtius petere poterat. Guttā aque ardēs pecijt qui micas panis negauit. Sero diues oculos aparuit qn̄ Lazarū pauperē requiescentē vidit. quē iacentē ante ianuas videre despexit. Non solū q̄ esurienti et sitienti et nudo beneficiū largitatis impendit. vel si quid aliud indigenti largit. sed et qui inimicū diligit. et qui lugenti affectū cōpassionis et cōsolationis impartit. aut errantē fratrē caritatiue porrigendo ad viā veritatis reuocat. aut in quibuslibet necessitatibus cōsiliū adhibet. elemosinā pculdubio facit. Nā et doctrine vel discipline bonū elemosina est. et mia carnali eminentior est. Quicūq; egens poscit etiā si indigentem se simulet. ex toto illi corde cōmisereri oportet. Et licet ille fortatasse falsam indigentis spēm preferat. is tn̄ qui simplr impartit fructum mie non amittit. Q̄uis quisq; sit egens. nullus tamen vnde tribuat in digenti excusationē inopie p̄t ob

tendere. qn̄ ex p̄cepto saluatoris etiā calicē aque frigide preci pamur indigenti prebere. Nā si aliud non hn̄tes idipsum be nigne tribuamus. mercedem proculdubio nō amittimus. Ce terum si amplius possumus et egestatem simulando minus largimur. non egentem sed deum fallimus. cui cōscientiam nostram abscondere nō possumus. Due sun elemosine. vna corporalis. scʒ egenti dare quicquid potueris. Altera spirita lis. dimittere a quo lesus extiteris. Harū prima adhibenda est miseris scd̄a malis. Erit ergo qd̄ semp impartias. et si nō pecuniam saltem vel gratiam. Non erit elemosina cum mur muratione prebēda. ne comitante tristicia merces pereat dis pensata. Tunc aūt bene tribuitur. qn̄ cum mentis hilaritate prebetur. Vn̄ et apostolus. hilarē inqnit datorē diligit deus. Metuendum est itaqʒ ne paup aut cum tedio nostra oblata suscipiat. aut ne oīo pretermissus merens tristisqʒ recedat. De rapinis alienis elemosinam facere nō est officium miseratio nis. sed emolumentū magnum sceleris. Unde et Salomon: Qui offert inquit sacrificium de rapina pauperum. tanqʒ si quis victimet filiū in cōspectu patris sui. Qui em̄ iniuste tol lit. iuste nunqʒ distribuit. nec bene alteri prebet quod ab alio male extorquet. Magnū scelus est rēs pauperum prestare diuitibus. et de sumptibus inopum acquirere fauorē poten tum. arenti terre aquā tollere et flumina que non indigent ir rigare. Nonunqʒ largitas diuitum prodiga non ad vtilitatē sed ad elationem effunditur. cōparati hypocritis qui non ad edificationem docent audientium. sʒ ad sue glorie exaggeran dum coturnū. Reprehensibilis est supflua effusio largitatis. Nam qui modum seruat. auarus nulli est. sed omnibus lar gus est. Dispensator non debet esse prodigus. sed discretus. largiri em̄ debet quātum oportet. vt tenendo mensuram in vno sufficiat pluribus.

Quod tantū in vita est licitū operari bonū. Capi. lxv.

Tantū em̄ in hac etiā est licitū opari bonū illic namqʒ non iam opatio exspectatur sed retributio meritoꝝ. Hec vita impijs lōga et grata ē. in oculis aūt iusto rū amara et breuis. Et licet vita ista breuis sit. moras tn̄ sibi fieri creditur. qꝛ quātumlibet breue sit tpis spaciū. tamen et si

flumina que nō indigent aqua vel irrigatione

viuenti parum est.non amanti proculdubio longum est. Qui
vite pñtis longitudinẽ nõ de suo spacio.ſ3 de eis fine cõside
rat.q3 sit breuis et misera satis vtiliter pensat. Uita em̃ p̄sens
q̃ ipsis suis incremẽtis deficit breuis est. Suo em̃ augmen
to perit dum id qđ videtur in futuro pficere.in preterito de
ficit. Itẽ ex ipso esse breuis vita pñs ostendit̃.ex quo nõ per
manet ſ3 finitur. Tela em̃ cõsumat̃ filis et vita hoĩs explet̃
diebus singulis. Q diu in hac vita viuitur.querit̃ vtrũ aug
mentũ.an rectius detrimentũ dicatur. Sed quõ possit recte
dici augmentũ.qđ p dimensiones etatũ ad mortis tendit de
trimentũ. Qui vitam longam queris.ad eã tende vitã p qua
xpianus es id est eternã.nõ ad istã de qua eruendũ te descen
dit vita eterna id xp̃s carni cõiunctum. Hec est em̃ vitalis.
nam ista mortalis est. Mori oportet hoiem in carne mundo.
ne moriatur in aĩa xpo. Nam vere tũc viuere quisq3 credit̃ si
ẽm seculũ moriens in solo deo viuere delectet̃. De mora vite
istius tedium patitur iustus.eo q̃ ad desideratã patriam tar
de pueniat.et vite pñtis erumnam segnius amittat.

De metu mortis. Ca.lxvi

Uãuis sancti ab huius vite erumnis liberari se cupi
ant.cito volentes exire de corpe.dei tñ dispensatione
plerũq3 diu in hac vita versant̃.vt p longa tolerantie
experimẽta solidius eo℞ pacientia roborẽt. Multi vitam o
dio hñt.et tñ mori timent. qđ plerisq3 in angustia cõtingere
solet.sicq3 cõtrario affectu et viuẽdi hñt tediũ.et moriendi me
tũ. Sollicite debet vnusquisq3 viuere et sp terminũ vite sue
cõsiderare.vt de cõtemplatione illius animus se semp ad alta
sustollat et huius seculi blanditias cũ timore caueat. Scrip
tum est eñ: In oĩbus operibus tuis memorare nouissima
tua.et in eternũ non peccabis. Uenturi exitus ignorantiã in
certa est. et dum quisq3 mori nõ existimat tollitur. Uñ vnus
quisq3 festinet.ne in iniquitatibus suis rapiatur simulq3 finia
tur vita cũ culpa. Nam incensor dyabolus eos quos viuen
tes accendit ad vicia subito morientes ptrahere nititur ad
tormenta. Sepe diuites in hac fallaci vita dum de potentie
gloria vel re℞ abundantia gestiunt.ab his repente hora qua

nesciunt improuiso exitu rapiunt. atq̃ absorbente profundo cruciandi eternis gehenne incendijs deputantur. De quibus bñ per ꝓphetam dicit: Ducũt in bonis dies suos. et in puncto ad inferna descendunt. Iniquus moriens qui imitatione sua multos ad culpam traxerat delectione peccati. multos a culpa reuocat terrore tormenti. Quod etiã Psalmista testat dicens: Letabit iustus cũ viderit vindinctã impioꝝ. manus suas lauabit in sanguine peccatoꝝ. In peccatoꝝ eñ morientiũ sanguine iusti leuant manus qꝛ dum eoꝝ pena cõspicit. cõspicientis vita mundat. Cuius eñ talis tam crudelis exitus cernitur: non solũ qui viderit refugit. sꝫ alios etiã ab imitatione illius quãto valuerit ex hortatione cõpescit. In exitu vite aĩe electoꝝ nimio terrentur metu. incerti vtrũ ad premium an ad suppliciũ transeant. Quidam aũt electi in fine suo purgant a leuibus quibusdã peccatis. quidã vo in ipso exitu suo hilarescũt ex eternoꝝ cõtemplatõe bonoꝝ. Quis eñ quisq̃ in hac vita sit iustus. tamen dum ex corpe isto egredit ptimescit. ne dignus supplicio sit. Nullus est eñ hõ absq̃ peccato. nec quisq̃ pt de dei securus esse iudicio. cum etiã et de ociosis vbis reddenda sit rõ. Finem iustoꝝ optimũ vocatio tranquilla cõmendat. vt ex eo intelligantur scõꝝ habere cõsortiũ angeloꝝ. ex quo ab hoc corpe sine vexatione dura tolluntur. Prauos autẽ hoies apostate angeli excipiunt morientes. vt eis sint ipsi tortores in penis qui fuerunt suasores in vicijs. et si pietas pro defunctis fidelibus flere iubeat. fides tamen pro eis lugere vetat. Illi eñ deplorandi sunt in morte quos miseros infernus ex hac vita recepit. non quos celestis aula xp̃i letificãdos includit. Hic est eñ xp̃iane miserationis affectus vt pro vnoquoq̃ mortuo sacrificiũ deo offeratur. Inde est quod scriptum est: Et mortuo ne fraudes misericordiã.

Finit liber Tercius et vltimus de summo bono sancti Isidori hyspalensis Episcopi.

Impressus Lyptzck per Arnoldum de Colonia.

Isidorus